
¶ Synonima magistri Johannis de garlandia: cum expositione magistri Galfridi anglici / nuperrime correcta et Londonijs impressa. per Wynandū de Worde hac in vrbe in parrochia sancte brigide in vico anglice nuncupato (the Fletestrete) sub intersignio solis aurei commorantem.



Prohemium.

Ad mare ne videar latices deferre cāmiō
Igniculū frōdes vel dēsis addere syluis.
Hospitibusqꝫ pira calabris dare/vina lieo
Aut cereri fruges/apibus mel/vel thyma pratis
Poma vel alchinoo/vel molli thura sabeo:
Nil veterum tritis curo superaddere dictis.
Sed dare lac pueris proponens pauca pusillis.
Quos solum ditant materne munera lingue.
Sermonis tribuo pueris elementa latini
Quorum multiplicem lector preconcipe fructum.

¶ Cum omnis diuisio libri sit vtilis ad faciliorem acceptionem. Ad euidentiam pleniorem: et ad memoriam firmiorem. Hac de causa in duas partes diuiditur principaliter hoc volumen. In prohemium videlicet/et tractatum. Prohemium incipit ibi. Ad mare ne videar latices deferre camino. Tractatus siue pars executiua/ibi. Pluribus officijs anime sunt nomina plura. Dū sentit sensus. etc.

¶ Pars autem prohemialis diuiditur in quattuor partes. In quarum prima vitat arrogantiam per hoc quod dicit. Ad mare. etc. Uel ibi. Nil veterum tritis. In secunda captat beniuolentiam per hoc quod dicit. Quisqꝫ. etc. In tertia suscitat attentionem/ibi. Sed multis plures. In quarta reparet docilitatem/ibi cum dicit. Est opus idcirco. — Diuisio libri.

¶ Item tractatus siue pars executiua. diuiditur in duas partes. In quarum prima tractat autor de synonymis/ibi. Pluribus officijs. In secunda parte tractat de equiuocis/ibi. Augustus tyto. ¶ Ista vltima diuisio potest colligi manifeste ex dictis autoris in prohemio. Unde versus. Particulis opus hoc placuit complere duabus. Multociens prior equiuocis pars altera cedit.

¶ Item vtramqꝫ istarum partium exequitur autor tractando secundum ordinem alphabeti: quod satis claret ex dictis ipsius (Uide) Ut querenda loco statuantur singula certo. Hoc alphabeti gemini discriminat ordo.

¶ Et quia in quolibet prohemio quattuor cause debent tangi/ propterea illas in hoc prohemio videamus. ¶ Causa materialis tangitur ibi/cum dicit. Equiuocis et abvniuocis synonyma distant. Nam materia est de synonymis et de equiuocis. ¶ Causa formalis tangitur ibi. Hoc alphabeti. etc. Imitatur enim ordinem alphabeti: vt satis patet. — Cause operis.

¶ Causa efficiens tangitur/cū dicit. Fallimus hinc alios et ab ipsa fallimur ipsi. Uidens igitur magister galfridus multos decipi in fallatia singularum dictionum: eo quod non cognoscerent synonymationem/et equiuocationem. Hoc opus aggressus est: quo eorum ignorantie ruditatem lima doctrinationis erasit.

¶ His visis ad expositionem littere veniamus. Quidam incipiunt constructionem istorum versuum. Ne videar differre. Quidam ibi. Nil vetrum tritis. Et vtraqꝫ constructio est satis probabilis. Melior est secūdum quosdam de Nil veterum tritis.

Cōstructio versuum.

¶ Construe sic. Ego curo.i.volo/nil.id est nichil:superaddere tritis.i.vsitatis/dictis veterꝝ scʒ doctorꝝ/ne videar.i.non videar.i.appareā deferre ad mare latices/vel camino igniculum/vel addere densis syluis frondes/cꝫ pro et/ne videar dare hospitibus/calabris.i.talibus populis / qui sunt hospites. id est incole:siue habitatores/calabrie scʒ illiꝰ regiōis/pira vl' dare lieo.i.deo vini vina. Aut dare cereri.i.deo frugūʒ fruges/vel dare apibus mel/vel dare tima pratis.id est illos flores/vel alchinoo: illi regi/vel deo pomorū poma / vel dare molli sabeo thura.quasi diceret.Si presumerē cōponere librū ꝑpter hoc tm̄ ꝙ libri sufficiētes nō sunt traditi nobis/ꝛ facti a mgr̄is qui tp̄a nostra precesserunt(in quibus non sufficiens tradita est doctrina)ita iuste merito deridear:ac si illa facerem que sunt superius memorata.Quis eni me non argueret stoliditatis supreme/si ad mare aquas adducerem (qd̄ exuberans est in aquis)si camino deferrē igniculum:qui ignibus efferuere nō desinit.Si ad siluas vndiꝗꝫ circūtectas frondibus folia deportarē.Si in calabriā pira trāsferrem(vbi pirorꝫ copia legit᷑ abundare).Si vino lieū/cererē frugibus/apes melle/prata cum tymis/cum pomis alchinoū/cū thure sabeū: quelibet cum suis donis ornarem/immo verius ornarem.Non equidem volo sic facere.

Cōstructio aliorum versuum.

¶ Construe sic. Sed ego proponens dare pusillis pueris.i.iuuenibus nō adultis/lac.i.humilem doctrinā/lac dico pauca(anglice lytell thynge) scʒ respectu altioris scientie:que non est conueniens pueris:nam debetur adultis siue prouectis/quos scʒ pueros/munera materne lingue ditant.i.qui nesciunt loqui nisi maternam linguam/tribuo.i do.pueris scʒ talibus/elementa.i.principia/vel elementa.id est verba sermonis latini:quorū scʒ elementorū/multiplicem fructum o lector preconcipe. Et sic mutatur ordo constructionis.propter hoc relatiuum quorꝫ quod conuenientius incipiet constructionem quā finiet. Potest tamen aliter sic exponi. O lector preconcipe multiplicem fructum:quorꝫ scʒ elementorum. Sed prior constructio magis valet.

Quisquis abundare cupit in sermone latino
Atꝗꝫ reseruare que mens cito lubrica fundit.
Eligat e multis hinc mutatoria vocum.
Ut diuersimode rem significabit eandem.
Atꝗꝫ modo varias res significabit eodem.
Edocet equiuocis opus hoc synonyma iungens.
Uersibus et rithmis/vt vocum copia detur.
Exemplis variis/breuis et producta docetur.

Constructio.

¶ Cōstrue. Quisꝗꝫ.i.quicūꝗꝫ/cupit abundare in sermone latino. Atꝗꝫ pro et reseruare.id est custodire vel seruare:q̄ mens lubrica cito fundit. Eligat hic id est in isto libro/e multis.i.de multis dictionibus ꝛ vocabulis/mutatoria.i. mutationes/vocum.i.dictionum. hoc mutatoriū riʒ.ꝑprie est vestis preciosa pro qua sumenda alia mutatur. Unde in histo. Regū legitur ꝙ Naaman duo veste mutatoria dedit Giezi qui fuit seruus helisei ꝑphete. Et dr̄ mutatorium de muto tas. ¶ Ut diuersimode.ꝛc̄. Construe. Hoc opus.id est iste liber/iungens synonyma.i.librum synonymorum/equiuocis.i.libro equiuocorum/edocet.i.docet/vt.i. qualiter supple dictio vel vox significabit/diuersimode.i.diuersis modis eandem scilicet rem. Ut ista dictio ensis significabit

ista scilȝ gladius/mucro/sica/⁊ hmōi:⁊ p hoc intelligit synonima:ꝙ pro et:vt id est qualiter vna dictio significabit varias res.id est diuersas res eodē modo.Ut ista dictio canis significat equiuoce aial latrabile/piscem marinū et sydus celeste.Et per hoc intelligit equiuoca. ¶ Uersibus ⁊c.Ut copia vocum.i.dictionū detur versibus.i.metris ⁊rithmis.i.rithmicātibus.Breuis syllaba ⁊ producta docetur varijs exemplis in hoc libro.

Sub multis plures vnam rem voce sub vnā
Et fieri semper quod fit plerūqȝ putamus
Fallimus hinc alios et ab illis fallimur ipsi
Est opus idcirco cognoscere qualiter et quo
Equiuocis et ab vniuocis synonima distant

¶ Hic docet autor ꝙ aliqui credunt ꝙ quelibet dictio habeat nisi vnicā significationē:scḋm quos nō esset equiuocū:vnde putant ꝙ ista dictio canis nichil aliud significat nisi animal latrabile:⁊ tales taliter putantes decipiunt plerūꝙ argumentationibus cū ad incōueniens deducant. Unde tales volunt concedere istā propositionem. Omnis canis est latrabilis:et tamen illa est falsa.nam quoddam signū celeste est canis: ⁊ tn̄ nō est latrabile. Et istud monet autorem tractare de synonimis et equiuocis et hmōi. ¶ Etiā dicit ꝙ aliqui credunt ꝙ multe voces semp habeant multas significationes:qꝛ sic sepius cōtingit:et scḋm illos nō essent nomia synonima:et hoc est quod dicit autor. Et fieri semper quod fit plerūꝙ putamus. Dicit ergo ꝙ opus est.i.vtile cognoscere qualiter synonima distent id est differunt ab equiuocis et vniuocis scȝ dictionibus. ¶ Construe. Nos putamus plures res supple significari sub multꝫ vocibus. Ut capiamus istos plures anglicos scȝ a bone a stone a carne. Ita iste plures res significant sub multis vocibus. Ut capiamus Os/lapis/et grus:⁊ sicut credunt in istis credunt in omibus. Et sic negant synonima esse q̄ significant vnam rem sub multis vocibus. ¶ Ulterius construe. Et nos putamus vnam rem significari sub vna voce:⁊ sic negant equiuoca esse que significant multas res sub vna voce. Et nos putamus illud fieri semp qḋ fit nisi plerūꝙ id est aliqn̄ vel frequenter:qꝛ aliquando et multociēs accidit ꝙ vna res significat sub vna voce et tamen non semp accidit. Ita hinc.i.ideo nos fallimus alios scȝ clericos in disputando vel argumentando:⁊ nos ipsi fallimur.i.decipimur ab illis si ignoramus equiuocationē alicuius vocis. Et idcirco.i.ideo: opus est id est vtile vel necessarium est:cognoscere qualiter et quomodo est. ¶ Uel potest constructio incipi ibi. Nos putamus illud fieri semper quod fit plerūꝙ:et pro id est plures res.⁊c. Constructio.

Significat multas res vnius rationis
Uniuocum:sicut homo particularia signat.

¶ Sepius autor dicit ꝙ opus est cognoscere quō differunt abinuicem nomina vniuoca. ¶ Nomen vniuocum est quod sub vna voce tm̄ significat vnā rē vt hec dictio petra/sub vna voce significat tm̄ vnam rem(anglice a stone.) Et hec dictio homo significat homines particulares:vt Johannē Petrū et Pau Uniuocum.

lium: vt Porphirius indiuiduū est. Aristoteles ⁊ Plato. qui sunt homines particulares. ¶ Construe. Uniuocum scilicet nomen est: quod significat multas res vnius rationis scilicet vnius diffinitionis et non diuerse. Et dicitur vniuocum quasi vnius vocis nomen.

Constructio

Equiuocum celat sub eadem plurima voce
Quorum nomen idem ratio diuersa sub illo
Qđ natat equore/splēdet in ethere/latrat in ede:
Significat triplici canis hec tria sub ratione:

Diffinitio equiuocorum.

¶ Hic docet autor quid sit equiuocū. Et dicit q equiuocū significat plurima sub eadem voce quorum nomen est idem/ratio tamen est diuersa sub illo nomie huic consonat phūs dicens. Equiuoca dicunt quorum solū nomen cōmune est ratio autē substantie diuersa. Ut ista dictio canis sub eadē voce significat plura quorum nomen idem est ⁊ cōmune qr animal latrabile/et quidā piscis/et qdam signū celeste: habent idē nomen et cōmune/scz canis. tñ ratio substantie diuersa est in illo: qr aliud est canis animal/⁊ aliud canis piscis/et aliud canis signū. ¶ Cōstrue. Illđ quod natat in equore. i. mare/ splēdet i ethere ⁊ latrat in ede. hoc nomen canis est illud: et significat hec tria sub triplici ratiōe. id est diffinitione.

Constructio.

Diuersa celant vnum synonyma voce
Ut mucro/gladius/ensis res vna vocatur
Nominibus tribus his eadem res significatur

¶ Posito superius quid sit vniuocū et equiuocū. hic docet quid sit synonimū Et dicit q synonima celūt. i. regunt vnū. i. vnā rem sub diuersa voce: vt. i. sicut vna res vocat mucro/gladius et ensis. Ista tria noīa vocant vna res: ⁊ sic sūt synonima: qr eadem res significat his trib⁹ noibus. scz mucro/gladi⁹/ensis.

Sed quia dactilici sunt multa vocabula metri
Qui legem fugiunt operi quibus est opus isti
Quod breui longari placet et longum breuiari
Ut multis valeant versus in parte locari
Non aliter poterunt synonima consociari

Excusatio autoris. Odorisecus Promptuaria.

¶ Hic excusat se autor eo q in sequēti ope sunt aliqui ꝟsus in q̄bus alique dictiones q̄ metrū dactilicū fugiūt collocant. Quales sunt. Odorisecus/promptuaria opinio. Nā iste dictiōes nō pñt bene poni in metro dactilico saltē exametro heroico. Qr hec dictio odorisecus nō pōt poni in metro. ibi ista sylla ba se/que est breuis staret in princ.pio tercij pedis quod esse nō pōt: qr media syllaba breuis nō pōt ibi stare: finalis breuis syllaba bene pōt stare ibi. Et si:

militer dic de prōptuaria. Sed nec opinio pōt stare in versu: qr hȝ tres syllabas breues imediate ꝯiunctas: ⁊ talis dictꝫ nō pōt stare in v̾su: qr nec media syllaba breuis/nec prima syllaba breuis dictionis polisyllabe pōt stare in versu. Et dico iō polisyllabe: qr monosyllaba breuis satis bene potest ibi stare: vt hic. Scribo simul legoqꝫ facio delector vtroqꝫ. Sed qr tales dictiones sunt inter synonyma collocande. Autor ipse posuit eas in versibus suis. ¶ Cōstrue. Sed qr multa vocabula sunt: que fugiunt. i. fugere volunt legē metri dactilici: qbus scȝ vocabulis/opus. i. necessariū est: isti operi in quo tractatuȝ est de synonymis/placet. i. placitū est michi de multꝫ. s. vocabulis: illud longari qđ est breue/⁊ illud breuiari qđ est longū. Q. d. placet breuē syllabā lōgari: sicut ponit infra de ista dictiōe prōptuaria: qr pducit hāc syllabā tu/q̄ est breuis: ⁊ lōgā syllabā breuiari: sicut ptꝫ de ista dictione odorissecus: qr corripit hāc sillabam do: que est longa. ¶ Ulterius construe. Et dictiones hmōi valeant/locari. i. collocari/vel poni in parte/vel in aliquo loco/versus scȝ dactilici: quia synonyma non poterunt aliter consociari. id est simul sociari vel coniungi. — Opinio. — Constructio.

Particulis opus hoc placuit complere duabus
Multiuocis prior equiuocis pars altera cedit.

¶ Hic docet autor. ꝙ diuiditur istud opus in duas partes/siue in duos libros Primo ponit synonima: et incipit ibi. Pluribus officijs. In secūdo ponit equiuoca: qui incipit ibi. Augustus tyto. ⁊c̄. ¶ Construe. Placuit. i. placitum fuit michi complere. id est perficere hoc opus: duabus particulis. i. per duas particulas seu partes. Prior pars cedit. i. dat locū/multiuocis. id est synonymis pars altera. i. secunda/cedit. i. dat locum equiuocis: sicut patet in hoc tractatu: et in alio qui incipit. Augustus tyto. — Constructio.

Ut querenda loco statuantur singula certo
Hoc alphabeti gemini discriminat ordo.

¶ Hic docet autor. ꝙ vtrumqꝫ libꝝ. s. librum synonymoꝝ ⁊ equiuocoꝝ faciet fm ordinē alphabeti: vt singule dictiones siue synonyme/siue equiuoce notificentur facilius inquirenti. ¶ Construe. Ut singula scȝ que continenẗ in isto libro de synonymis et equiuocis/querenda. i. inuenienda/statuantur. i. collocentur in certo loco: scȝ in quo inuenientur: ordo gemini alphabeti. i. duoruȝ alphabetorum nec diuersorum: quia vtrumqꝫ alphabetum est latinuȝ: discriminat. i. discernit vel diuidit: sicut patet cuilibet intuenti. — Constructio.

Pluribus officiis anime sunt noīa plura. — Anima.
Dū sentit sensus ratio dū iudicat ⁊ mens
Dum quid ꝯmemorat animus dū cogitat et cor
Quādo quid affectat cū vult est dicta voluntas.

¶ Terminato prohemio. Autor incipit principale opus: de quo pmisit se superius determinaturum: videlicet de synonimis: ⁊ incipit ab hoc nomine anima tanqꝫ a digniori et excellentiori. ¶ Habet autem anima (vt ait Augustinus in libro de spiritu et anima.) quandam naturam propriam omnibus his — Pars executiua libri.

mundane molis elimētis excellentiorē: qua veraciter nō possit in aliqua fantasmata corporalium ymaginū quas per sensus carnis percipimus cogitari sed mēte intelligibili vitaqȝ sentiri. Dicit ergo ꝙ anima ẜm sua diuersa officia diuersis nominibus appellatur. Diffinit autē eam Aug. sic. Anima est spiritus intellectualis/rationalis semper in motu/bone maleqȝ voluntatis: capax ẜm benignitatem creatoris: atqȝ ẜm operis sui officij diuersis nuncupatur nominibus. ¶ Dicitur autē anima/dū vegetat. Spiritus/dum contemplatur. Sensus/dum sentit. Anim⁹/dum sapit. Mens/dum intelligit. Ratio/dum discernit. Memoria/dū recordaṫ. Voluntas/dum vult. Ista tamē nō differunt in substantia quēadmodū in noībus: qm̄ oīa ista est vna anima: proprietates quidem diuerse. sed essentia vna. In spiritu tamē ⁊ anima potest esse differētia: qm̄ omnis anima est spiritus/nō omnis spiritus anima. ¶ Nota differentiā inter sensum/imaginationē/rationē/intellectū/⁊ intelligentiā. ¶ Sensus est ea vis anime: que reꝝ corporeaꝝ formas corporeas perficit presentes.

Diffinitio aīe. | Diuersa anime nomina. | Differunt illa. Sensus. Imaginatio. Ratio.

¶ Imaginatio est ea vis anime que reꝝ corporeaꝝ formas coporeas percipit: sed absentes. ¶ Ratio est ea vis anime que reꝝ corporeaꝝ naturas/formas/differētias/ꝓpria noīa accidentia percipit incorporea/sed non corporea nisi ratione substantie. Attrahit eni corporibus q̄ fundanṫ in corporibus non actione: sed consideratione. ¶ Intellectus est ea vis anime: que inuisibilia percipit: sicut angelos/demones/animas/⁊ oēm spm̄. ¶ Intelligentia est ea vis anime: que immediate supponiṫ deo: cernit quidē ipsum summū bonū veꝝ/et incōmutabilem. Sic anima sensu ꝑcipit corporea. Imaginatione corporis similitudines. Ratione/corporis naturas. Intellectum/spiritū creatū. Intelligentia/spm̄ increatum. (His dictis ad expositionem littere veniamus)

Intellectus. | Intelligentia.

¶ Construe sic. Plura nomina .i. diuersa noīa/sunt anime .i. istius dictionis. anima/pluribus officijs .i. propter plura sua officia. Nam sensus dr̄ anima dū sentit aliquid. Ratio/dum iudicat aliquid. Et dr̄ mens/dum cōmemorat qd. id est aliquid. Et dicitur animus/dū cogitat aliqd. Et cor/quando affectat .i. cupit/quid id est aliquid. Et animus est dicta volūtas/cum vult. id est cum voluntatem habeat aliquid faciendi.

Constructio.

¶ Hic nota ꝙ anima exuta carne viuit/vidit/audit: ⁊ omnes sensus atqȝ ingenia viuaciter tenet sine organo naturali. His visis videamus istaꝝ originem dictionū. ⁊ primo de anima. ¶ Anima ẜm Johannē ianuensem in suo catho. deriuatur ab animos grece qḋ dicitur ventus latine: qꝛ quidam putauerunt animā esse ventum: quasi ōre trahentes aerem vnde viuamus. Unde hic animus mi. hoc animal lis. ⁊ animo as/aui/are. id est animā dare vel exhortari vel audacē facere. ¶ Sensus a sentio tis/tire/sensi. idē qḋ anima: ⁊ inde deriuatur hic ⁊ hec sensualis ⁊ hoc le. ad sensum pertinens vel sensu ⁊ corpori deditus seu pertinens. Unde sensualiter aduerbium: et hec sensualitas tatis.

Anima viuit exuta carne. | Deriuatio aīe. | Animus. | Sensus.

¶ Ratio dr̄ a rat⁹ a/um .i. firmus a/um. ⁊ scribiṫ per t/⁊ nō p c. Et nota drn̄aȝ inter rationē ⁊ ratinationē. Ratio est quidā motus animi visum mētis acuēs veꝝ a falso distinguēs. Uel ẜȝ Aug. Ratio est animi aspectus quo ꝑ seipm̄ verū intueṫ. Ratinatio est inquisitio rōnis. quare illa opus est ad vendendū: ast ad inquirendum. ¶ Item in ratione sunt duo. Unum ad superna ⁊ celestia intendens: ⁊ illud dicitur sapientia. Aliud est ad transitoria ⁊ caduca respiciēs et illud vocatur prudētia: hec duo ex ratione sunt: ⁊ in rōne ꝯsistunt. ¶ Et sciendū. ꝙ ratio diuidit se in duo. s. sursum et deorsum. Sursum in sapientiam. Deorsum in prudentiam: quasi virum et mulierem: vt vir sit superior ⁊ regat et mulier inferior ⁊ regatur. ¶ Item nota differentiam inter sensualitatem ⁊ rationem. Sensualitas est ea vis anime: que corpus sensificat ⁊ mouet/vt appetat que delectabilia sunt corpori ⁊ refugiat nociua. Ratio est illa vis anime que inter bonum et malum/verum et falsum discernit. ¶ Et a ratio deriuaṫ hic et hec rationalis et hoc rationale. hic ⁊ hec rationabilis et hoc rationabile. Et licet ista nomina differenter accipiantur differunt tamen. qꝛ rationale est illud quod vtitur: vel aptum natum est vti ratione: vt homo angelus.

Ratio. | Ratinatio. | Duo sunt in ratione. | Diuisio rōnis. | Differūt sensualitas/et ratio. | Rationale. | Rationabile.

¶ Sed rationale est quod ratione agitur vel deducit: et rationabiliter viuit. Un multi hoies sunt rationales: qr deducunt rone. Et scias q homo dr rationabilis. Angelus vero intellectualis. ¶ Mens dicitur a mene grece quod est luna latine sm Aug. quia sicut luna crescit et deficit varia vicissitudine commutat: in idem tn quod fuit se quadam perfecta nouitate restituit: sic mens nunc caput summo inserit: nuc descendit ad infima. nuc sese refrenas sibi/ veris falsa secernit/ modo ad corporalia regeda reflectitur/ modo eternis rationibus inspiciendis vel consoluendis adheret. ¶ Uel mens dr amenu. et componit cu ista prepositione a. et dr amens tis: et cum de: et dr demens: et vtrumq est idem quod insanus a/ um. ¶ Et nota differentiam inter metem/ memoriam/ et cogitationem. Nam mens futura preuidit/ memoria preterita retinet cogitatio presentia coplectitur. Aliqn tn sumitur vnum pro alio. ¶ Animus dr ab hec anima me. et tot habet significationes quot patet per versus. Mens. Animus Differunt ista. Mens. Memoria. Cogitatio.

Est animus ratio/ sapientia/ vita/ voluntas. Animus.
Impetus/ ingenium/ proponit/ consulit/ audet.
Sit virtus/ anima/ spes/ dispositio/ cura.
Cogitat/ et sufflat/ preconcipit/ atq figurat.

¶ Hic autor describit significationes huius nominis animus mi. Et est animus (sm Augustinu) substantia queda rationis particeps: regendo corpori comodata/ sapietia illustra: et suu principiu respicit: et seipm cognoscit: et qtuz sit iudicioz (vt extra se querat q ipse possit viuere) intelligit/ corporalibus pro passionibus consopitus/ et p sensibiles formas extra seipm adductus/ oblitus est quid sit et quid fuit: et qr nichil aliud fuisse se meminit/ nil pret qd videt esse credit solo sensu circa corpora: et imagimatione circa corpoz similitudines/ atq locoz varietatis versat: et hoc fit in eis siue dormiedo/ siue vigilado. etc. Animus.

¶ Cum vero ab hac distractione per pura intelligentia ascenderit: in vnu se colligit/ et rationalis dr anim9/ corporis ductor/ rector/ habitator/ et gubernator/ videt se p se/ et p seipm seipm videt: nec querit auxiliu corporalium/ primo ab oibus corporalibus sensibilibus tanq impedientibus et prestrepentibus abstrahit se ad se/ vt videat se in se/ vt mouet se apud se/ et cum deum vult cognoscere eleuat supra se/ mentis acie/ natura eni aliquid tale deus est: qualis est animus: non tame videri (nisi sub animo) potest: nec ita videri vt animus potest. ¶ Nota animus componitur cu equus a/ um. et dr hic et hec equanimis et hoc equanime: vel equanimus a/ um. i. habens constantem animu. Un equanimiter aduerbium: et hec equanimitas tatis. i. animi equitas. scilicet constatia animi. ¶ Item cum vnus/ et dr hic et hec vnanimis et hoc me: vel vnanimus ma/ mum. i. concors vel vnius animi. Unde vnanimiter. aduerbium. et hec vnanimitas tatis. i. vnitas animi. ¶ Item cum magnus/ et dr hic magnanimis et hoc me: vel hic magnanimus ma/ mum. Unde Statius. Magnanimum eacidem. id est audax vel fortis/ vel magni animi. Unde magnanimiter. aduerbium. et hec magnanimitas tatis. id est animi magnitudo. ¶ Et cu pusillus/ et dicitur hic et hec pusillanimis et hoc pusillanime. vel hic pusillanimus pusillanima pusillanimu. Unde pusillanimiter. aduerbium. et hec pusillanimitas pusillanimitatis. id est paruitas/ vel debilitas animi. ¶ Et cum ex/ et dicitur hic et hec exanimis et hoc exanime. id est stupefactus/ territus/ mortuus. Unde exanimiter. aduerbium. Et hec exanimitas exanimitatis. ¶ Et cum longos dicitur/ hic et longanimis et hoc longanime. Uel hic longanimus/ longanima/ longanimum. Unde longanimiter. aduerbiu. Et hec longanimitas longanimitatis. ¶ Et cum semis/ et hic hec semianimis et hoc se- Descriptio animi superna respicientis. Equanimis. Unanimis. Magnanimis. Pusillanimis. Exanimis. Longanimis. Semianimis.

miane. Vel semianimus semianima semianimū. et sic de aliis. Et omnia ista
composita sunt tertie declinationis. ꝛ bene possunt esse secunde declinationis

Cor.

¶ Cor/a cordian grece: dicitur hoc cor cordis: et vt dicit Isidorus. Cor ideo
est vicinum pulmoni: vt cum ira fellis accenditur pulmonis humore tempe-

Operationes cordis/pulmonis/fellis/splenis. et iecoris

retur. ¶ Et nota ꝙ a corde sapimus/a pulmone loquimur/a felle irascimur/
a splene ridemus/a iecore nos amamꝰ. vñꝰ. Cor sapit/ꝛ pulmo loquit/fell cō
mouet iras. Slpen ridere facit/cogit amare iecur. ¶ Itē scias ꝙ rabbi moy-
ses dicit. ꝙ celum in vniuerso est sicut cor in animali: cuius motus si ad horaꝫ

Descriptio celi

quiesceret/vita corporis finietur. Et ex hoc patet ꝙ celum sydereum causat

Periculū dormientis super latus sinistrum

generationem ꝛ corruptionem in istis inferioribus. ¶ Nota cū quis incubat
sinistro lateri. Epar/fel/et stomachus opprimunt cor: quod principium mo-
tus est: et inde fit grauitas: et qñq; mors subitanea. Unde plures moriuntur

Uires anime.

in lectis iacentes in tali latere dormiendo. ¶ Tres sunt vires in anima. Uis

Quattuor elementa in hoīe.

naturalis/vis vitalis/vis aīalis. Scias itaq; ꝙ cū corpus humanum ex quat
tuor elementis compositū sit. et quodlibet elementū vendicet sibi certā par-
tem in copore: sicut terra in carne et ossibus: aqua in humoribꝰ: aer in pulmo
ne: qm̄ idcirco semper pulmo in motu est: qꝛ ventilabrū est cordis: ne nimio
calore cor consumatur. Sedes ignis est in corde: et ideo inferius est latum ꝛ

Cor cōponitur

superius acutum: quam formā ignis tenet. ¶ Cor componit cū con/ꝛ dicitur

Concors. Discors. Excors. Ecors Secor. Uecors Unicors. Uoluntas.

hic ꝛ hec ꝛ hoc concors dis. Et cū dis/ꝛ dr̄ discors dis. Et cum ex/ꝛ dr̄ excors
dis. Et cum e/et dr̄ ecors dis. Et cum se/et dr̄ secors dis. Et cum ve/et dr̄ ve-
cors. Et cum re/et dr̄ recordor aris. verbū deponens. Et cum vnus/et dr̄ vni
cors. Et scias ꝙ omnia illa nomina cōposita a cor/sunt generis omnis: ꝛ ter-
minat ablatiuū in e/vel in i/vt ablatiuo ab hoc ꝛ ab hac et hoc vecorde vel di
¶ Uoluntas dr̄ a volo vis. Et sic diffinitur volūtas ab augusti. in li. lxxxiij. q.
Uoluntas est animi motus nullo cogente ad aliud amittendum: vel adipiscē
dum. et tangitur terminus a quo: cum dr̄ motus animi: ꝛ terminus ad quem

Uoluntaria Inuoluntaria. Questio vtrum omne peccatū sit voluntariū.

cum/cū dr̄: ad aliud admittēdum. ¶ A voluntas dr̄ voluntarius a/um: qd̄ cō
ponit cū in/ꝛ dr̄ inuoluntarius a/um. i. nōvoluntarius. ¶ Hic pōt queri. vtrū
omne pctm̄ sit voluntariū: Videt ꝙ sic: qꝛ dt Aug. Pctm̄ a deo voluntariū est
quod si non est voluntarium non est pctm̄. Item omnis motus: vel est natura
lis/vel voluntarius/vel violentus: pctm̄ non est motus naturalis/nec violen
tus: ergo voluntarius. Item si non est voluntariū/non est vituperabile. Qꝛ
dicit Damasce. ꝙ voluntariū est qd̄ neq; per ignorantiā fit voluntarium/sed
contingit peccare per violentiā ꝛ ignorantiā: sicut qui timore mortis menti-

Responsio.

tur/vel fornicatur: igit omne pctm̄ est voluntarium. ¶ Ad hoc respondetur
ꝙ omne pctm̄ est voluntariū: sicut monstrat. Ad hoc qd̄ obiicit de peccato
ignorantie dicitur. ꝙ ignorantia facti quod est necessarium ad salutē est pec
catum. ¶ Quod vero obiicit de coactione dicendū: ꝙ nō potest cogi volūtas
coactione sufficienti: ꝗuis efficienti: vt in illo qui timore mortis mentitur acci
dit: et in illo qui timore mortis proiicit merces in mare. Duplex est eni volun
tas ꝫm Johannē de rupella. Absoluta. quando aliquis vult aliquid propter
se. Et determinata siue collatiua: qñ aliquis vult aliqd ꝯsideratione alicuius
cause impellentis: vt propter naufragiū proiicere volumus merces in mare.

Ignorātia que ꝛ quē excusat/et non excusat.

¶ Et quia ignorantia aliquando excusat/aliquādo accusat: ad questionem
istam determinandam necesse est perquirere diuisiones ignorantie. ¶ Dico
ergo ꝙ ignorantia alia iuris/alia facti: et hoc vel indifferentis: et illa excusat
sufficienter. vt Corin. x. c. Non interrogantes propter conscientiā. Uel igno-
rantia necessaria ad salutē: et xp̄m passum ꝛ hmōi. ¶ Et circa hoc distinguen
dum: qꝛ aut nō potest vitari: sicut est in hoīe qui a natiuitate sua caret vsu ra-
tionis: ꝛ hec excusat. Aut qꝛ potest vitari: sicut est ī iudeis et paganis. ꝛ hoc nō

Ignorantia iuris.

excusat. ¶ Ignorantia iuris subdiuiditur: quia aut est iuris naturalis: et ista
nullum adultum excusat: sicut dicit decretum. Nulli adulto licet legem natu-
ralem ignorare/siue ius naturale. Ratio est hec: quia scribitur in corde homi
nis naturaliter: et ideo nullum excusat eius ignorantia.

¶ Vel est ignorantia iuris legis scripte scȝ diuine prophetie/euāgelij/apostolice doctrine. et ista excusat sicut de mortali delicto eos qui tenentur ista scire vt prelatos: et p̄cipue ep̄os ⁊ metropolitanos qui tenētur omnipotenti reddere rationem de ea que in eis fide ⁊ spe. ¶ Unde de episcopo queritur an sciat nouum et vetus testamentū: hec accusat sicut de veniali simplices clericos et illiteratos qui cum potuissent didicisse non didicerunt. Unde ad Thimo.iiij. Attende lectionem/exhortationem et doctrinam. In nullo autem accusat laicos dummodo nō condēnant. Item ignorantia iuris positiui vt decretorum legum que ad determinationem causarum pertinet. et ignorātia huius iuris solos iudices accusat. Item est ignorātia iuris positiui quod continet mores constitutiones ecclesiasticas ad vitanda peccata: hec excusat sacerdotes habentes curas animarum et confessores. ꝙ lex nature scribit in hoīs corde.

Spiritus et anima/mānes/perfectio vita
Uis endelechia/natura/potentia/virtus
Interior vel homo: predictis additur vmbrā.

¶ Superius autor determinauit quomodo hec dictio anima ꝑpter diuersa sui officia diuersa sortitur vocabula: hic ponit specialem synonimatiōe istiꝰ nominis anima: dicens ꝙ omnia ista scȝ spūs ⁊c. sunt idem quod anima. ¶ Sed nunquid vere sunt idem quod aīa? Ad hoc dicimus ꝙ in aīa sunt quedam naturalia et quedam accidentia/et quedā vires. ⁊ ista omnia sunt idem cum anima et eandem rem significant scd̄m August. in cap̄. de spū et anima. Et sunt quedam accidentalia in aīa: et illa aīa non est. Non est enim sua prudentia/sua temperantia/sua fortitudo/sua iusticia. ¶ Potentie anime sūt concupiscibilitas/irascibilitas/rōnabilitas. Uires anime sunt: sensus/imaginatio ratio/memoria/intellectus/intelligentia. Potentie p̄nt dici vires et econtra. ¶ Construe sic. Ac pro et: ⁊ preter hec que superius ponunꝰ pro anima ista q̄ hic sequunꝰ sunt idem ꝙ anima videlicet spūs est anima: manes sunt anima id est idem q̄d aīa ⁊c. ¶ Spūs a spiro dicitꝰ. ¶ Manes sunt anime infernales Uel scd̄m Papiā. Manes sunt vmbre vel anime mortuorum vel infernꝰ aut sepulchra/fauille malorum/vel nocumenta tercie declinatiōis: ⁊ caret singulari numero. Et dicitur a mene grece quod est defectus latine. Uel per antiphrasim: a manum grece quod est bonū latine: quia nō sunt boni immo mali/ quia in inferno moranꝰ. ¶ Perfectio scȝ interior est aīa. et dicitꝰ a perficio cis quia p̄ficit hoīm: q: sine illa perfectione aīa nō esset. ¶ Uita est idē ꝙ anima et dicitur de viuo uis. Et vita componitur cum contra et dicitur hoc conuitiū tij cum t in penultima syllaba. ¶ Et est cōuitiū dictum opprobriosum contra bonam vitam alicuius: vt ille dixit plura conuicia id est opprobriosa vel dicta opprobriosa. Et inde conuitiolus et hoc conuitiolū li. diminutiuum id est paruum conuitium: et producit hanc syllabam ui. ¶ Uis scilicet interior est anima. Et differentia est inter vis et virtus secundum Papiam. Nam vis est anime et corporis. Sed virtus est anime. Item vis secundum eundem est potestas/violentia/virtus. Uis non habet nisi tres casus in singulari et vnicum i plurali secundum quosdam. vt sic. Nominatiuo hec vis. Accusatiuo hāc vim Ablatiuo ab hac vi. Et pluraliter accusatiuo has vires: secundum doctrinale habet omnes casus plurales iuxta versum. Uis vim viqȝ dabit totum plurale tenebit. et tunc declinaꝰ in plurali numero. ntō hᵉ vires. genitiuo harum viriū. dtō his viribꝰ ⁊c. et dr̄ a vireo es. ¶ Endelechia est aīa: ⁊ est endelechia scd̄m calcidiū: vt ait Papias p̄fecta etas: q̄si indelichia id est intima etas scd̄ȝ Aristotelem absoluta perfectio. secūdū Platonem anima mūdi. et dicitur endelechia ab en q̄d est in et delechia quod est perfectio quasi interior perfectio

Constructio

Manes

Perfectio
Uita.
Conuitium.
Conuitiosus.

Uis.
Quō differūt vis ⁊ virtus.

Endelechia.

¶ Et nota q potest dici endelechia vel indelechia quia tm̄ valet en apud grecos quantū valet in apud nos. Unde hm̄oi nomia greca siue notha (que predictam prepositionē habent in sui compositione) possunt scribi indifferenter. Modo per en/modo per in: vt encaustū vel incaustū: entimema vel intimema: emplastrum vel implastrum: energuminus vel inerguminus: et sic de alijs.

Natura et est duplex.

¶ Natura est anima: et dicitur a nascor eris. ¶ Natura est cuiuslibet substanti specificari ꝓprietas: et hec diffinitio intelligit̄ de natura naturata: quia duplex est natura scz natura naturata et natura naturans que est deus. A natura dicit̄ hic ⁊ hec naturalis et hoc le. et naturo as/aui/are. i. facere naturā vel scđm naturā facere/et producit hanc syllabā tu. Unde. Lex et natura christ⁹ simul omnia iura. Damnant ingratū lugent et eū fore natū.

Potentia.

¶ Potentia scilz interior est anima: et potentia format̄ a dtō huius nominis potens: sic potēti addita a fit potentia: et dicit̄ de possum es est.

Uirtus.

¶ Uirtus est idem qđ anima ⁊ dicit̄ a vireo es: q: facit virū virere bonis moribus et nō madere vitijs.

Homo ē duplex scz iteri. et exte.

¶ Interior vel homo vel ꝑ et interior homo est animal. Et nota q homo est iterior et homo exterior: et vterqꝫ est homo. Exterior homo est corp⁹ hominis. Homo interior est ipsa anima/homo vterqꝫ est exterior homo et interior homo. i. corpus et anima: et hec duo vnus homo est.

Umbra.

¶ Umbra addit̄. i. sociat̄ ꝓdictis scz nominibus: quia vmbra idem est quod anima. Unde Lucanus. Umbraqꝫ erraret crassus multa.

Differunt aīa/manes/spūs et vmbra.

Orcus habet manes: aīabus corpora viuunt
Spiritus in celis vmbre per busta vagantur.

¶ Superius autor determinauit de synonymatione istoꝝ nominū ⁊c. ⁊ quia inter ista quattuor scz manes/aīa/spiritus/⁊ vmbra: est aliqualis differentia quo ad loca (in quibus proprie credūt̄ inesse) Docet hic quomodo differūt ab inuicem. Dicens q manes sunt apud inferos ⁊ sic reperit̄ apud poetas. Anima proprie dicit̄ dūmodo est in corpore illud vegetando et viuificādo. Spūs proprie dicit̄ cū exutus est corpore ⁊ transfertur ad celum. Et vmbra est spūs qui (scđm poetas) semꝑ circa mortuorū sepulchra vagat̄.

Poete dixerūt hoiem habere tres animas.

Quia tres aīas dicebant poete quēlibet hoiem habere. Unā que post mortem hominis aduolat ad stellas a quibus ortum habet. Aliam que in infernū dimittit̄. Terciā que dicitur circa busta. i. sepulchra mortui hominis vagari. et hec dicitur vmbra.

Constructio

¶ Construe sic. Orcus. i. infernus: habet id est possidet: manes id est illas animas infernales: corpora supple humana viuūt animabus. i. ꝑ aīas dum sunt in corporibus/spūs scz in celis/vmbre vagant̄ ꝑ busta. i. sepulchra mortuoꝝ.

Orcus.
Manes

¶ Hic orcus ci. dicitur de orce grece quod est capere latine. ¶ Hi manes pluraliter manuum manibus ⁊c. Et dicitur de mene grece quod est defectus latine: quia semper in defectu sunt.

Aula.

Aula/vel atria/castra/palatia/regia regum.

¶ Hic agit autor de synonimatiōe istoꝝ nominū que ꝑtinent ad habitationē dominoꝝ: dicens q omia ista aula. ⁊c. idē significant. i. simul signāt scz vnū. ¶ Formatur aliter constructionis sententia sic. Hic docet autor quot sunt nomina synonima cū isto nomine he caula le: quod est mansio magnatū. Dicēs q atriū atrij est idē qđ hoc astrū tri. ⁊ idē qđ palatiū cij. hec regia gie. idem est.

Constructio.

¶ Construe. Aula vel atria. i. atriū: numerus pro numero: castra pro castro. palatia. i. palatiū: regia supple sunt/regū. i. magnoꝝ dn̄oꝝ et magnatum.

Aula. Atrium. Castrum.

¶ Hec aula le. dicit̄ ab altabo rege q primo aulas inuenit. ¶ Hoc atriū atrij/dr̄ de attero ris: q: atterit̄ pedibus ambulantiū in ea. ¶ Hoc castrū tri. dr̄ de

castro as: qr castrez ibi licentia habitantiū: ne passim vagari liceat ꝛ pateant hostibus. Dicunt enī castra in expeditione tm̄ in plurali. Uel dr castrū de castus a/um. qr ibi tanq̄ casti debent esse: luxuria enī viros eneruat. ¶ Hoc palatium cij. de palo as. i. vagari dr ampla domus in qua multivagari possunt. Uel dicitur a palans tis. qui fuit rex achadie: in cuius honorem regiam conditam palatium vocauerunt. ¶ Hec regia gie. de rex regis dr aula. Uñ Ouidius. Regia solis erat subliminibus alta columnis. — Palatium. Regia.

Aliger/ales/auis/volucrisq̄ volatile prepes. — Auis.

¶ Hic docet autor q̄ sunt nomina synonyma cū isto noīe auis. Et dr auis ab aueo es. i. cupere. Dicit q̄ ista scz hic aliger aligri. ꝛ cōponit de ala ale que est pars volucris. Hoc volatile lis: et proprie est omne quod volat: siue musca siue auis. Hic et hec prepes petis/a prepeto tis. proprie auis que ex rapina viuit. ¶ Construe. Aliger est auis/ales est auis/q̄ pro ꝛ volucris est auis/volatile est auis/prepes est auis. i. idem quod auis. — Aliger. Uolatile. Prepes. Constructio.

Si sit auis specio/capio/vel garrio iunctum.
Auspicor auspiciū simul auspex aucupor auceps
Augur et augurium/simul auguror efficiuntur — Auis.

¶ Hic docet autor q̄ si ista dictio auis ꝯponit cū istis tribus v̄bis spacio/capio/garrio: tunc illa q̄ sequunt in sequētibus v̄sibus oriunt ab illis: vt si auis et specio cis/simul ꝯponant. tunc deriuātur in de. ¶ Auspicor ris. verbū depo ponēs. qđ idē est qđ dinare p inspectionē auiū. ¶ Auspiciū. idē est qđ diuinatio. ¶ Auspex cis. i. diuinator. Et si capio pis ꝯponit cū ista dictione auis/ tūc aucupor. i. hoc verbū aucupor aris. v̄bū deponēs. idē est qđ aues capere ¶ Et h ꝛ hec auceps. gtō hui⁹ aucupis. efficiūt. i. deriuant. Sic si garrio ꝯponit cū isto noīe auis: tunc ista tria. Augur/auguriū/auguror/efficiunt. i. deriuant. Augur declinat hic ꝛ hec augur. gtō hui⁹ guris. dtō guri. i. diuinator p cāt⁹ auiū/vel gest⁹/vel volatu. ¶ Hoc auguriū rij. i. peritia diuināđi p auiū cātus/vel gestus/vel volatū. Auguror aris. verbū deponēs talit deriuat: vt superius dr. ¶ Et hic vide qualit dc hmōi augurijs ꝛ diuinationibus senserit Aug. ꝛ scribit in canone. xxvi. q. vi. Nō obseruabit dies q̄ dicunt egyptij aut kalendas ianuarij: in q̄bus sunt cātilene ꝛ cōmessatiōes: ꝛ ad inuicē dona donant: q̄si in p̄ncipio anni boni facta auguria/aut aliq̄t menses/aut dies/ aut annos/aut lune cursuz: qr q̄cūq̄ has ꝛ q̄scūq̄ diuinationes/aut facta/aut auguria obseruat/aut intendit/aut attendit/aut ꝯsentit obseruantibus/aut talibus credit/aut in eoꝝ donū vadit/aut in suā introducit/aut interrogat/sciat se fidē christianā aut baptismū reuocasse: ꝛ paganā ꝛ apostotā. i. retro abeūtē: ꝛ dei inimicū/atq̄ irā dei incurrere ineternū: nisi ecclesiastica pn̄ia emēdatus reconsilietur. Ecce q̄ detestabilis sit quelibet diuinatio. ¶ Construe sic versus. Si specio. i. hoc verbū specio cis/spexi/cere. idem quod video des. sed nō est in vsu: sit iunctū huic noī auis/ꝛ si capio sit iunctū huic nomini auis/vel si garrio sit iunctum in compositione huic nomini auis. tunc auspicor ris. hoc auspicium cij. ꝛ hic ꝛ hec auspex cis. media cor. simul pro et/ hoc verbū aucupor aris/et hic ꝛ hec auceps/aucupis. media cor. et hic hec augur/ris. et hoc auguriū rij. simul. p et/auguror aris. efficiuntur. i. deriuant/vel facta sunt. — Auspicor. Auspicium. Auspex. Aucupor. Auceps. Augur. Augurium. Auguror. Augustin⁹ cōtra icātatores. Constructio.

Dic archas thecas cistas vel scrinia capsas.
Capsula/capsella/de capsa diminuuntur. — Archa.

¶ hic docet autor quot sunt nomina synonyma cum isto noie hec archa che est idem quod cista te/et idem quod scrinium nij/ ⁊ idem quod capsa se/ ⁊ idē quod capsula. idem quod capsella. idem qđ theca. Et autor dicit ꝙ ista duo vltima scilicet capsula et capsella/sunt diminutiua de hoc nomine capsa se.

Constructio.

¶ Construe. Dic thecas esse archas/vel pro et/dic scrinia esse archas. Capsula idem est quod archa/et capsella quod idem est/diminutiuum. i. sunt diminutiua de hoc nomine capsa se. ¶ hec archa che. de arceo ces dicitur: qr arceat. id est prohibeat visus: ¶ hec theca ce. positio vel positorium: quia imponitur aliquid/vel dicitur a tego tegis. tunc non aspiratur: sicut nec archa. ¶ hec cista te. dicitur de hec costa te. ¶ hoc scrinium nij. a scrutor taris. ¶ Capsa se. de capio pis.

Archa
Theca
Cista.
Scrinium.
Capsa.

Arduus.

Arduus/excelsus/celsus/sublimis/et altus.
Summus/et elatus/sublimatusq̃/leuatus.
Est et sublatus predictis associatus:

Cnstructio.

¶ hic autor docet quot sunt nomina synonyma cum isto nomine arduus/a um dicens. ꝙ omnia illa que sequuntur in versibus idem significant. ¶ Construe. Excelsus sa/sum Et hic et hec sublimis et hoc me. Celsus a/um. Et altus ta/tum. Summus ma/mum. Et elatus ta/tum. ꝙ pro et sublimatus ta/tum/leuatus ta/tum. supple sunt idem quod arduus a/um. ⁊ sublatus a/um sit associatus. i. adiunctus. predictis scilicet adiectiuis: quo ad significationē. ¶ Arduus a/um. de ardeo ardes dicitur. ¶ Excelsus de ex/et celsus componitur. ¶ Sublimus: de sub/et limus mi. ¶ Celsus: a cello cellis dicitur. Uel a celo/quasi celestus. ¶ Altus/de alo lis. ¶ Summus/de supra. ¶ Elatus/de effero fers. ¶ Sublimatus/de sublimo as. ¶ Sublatus/de suffero fers.

Arduus.
Excelsus
Celsus.
Sublimis
Altus.
Summus.

Auxiliū.

Auxilium vel opem/suffragia dic vel asilum.
Presidium vel subsidium quibus adde iuuamen
His adiumentum/simul adiutoria iunge.
His adminiculum/simul addas opitulamen:
Et de propitior fit propitiatio nomen.

¶ hic docet autor. ꝙ oia noia que ponunt̄ hic sunt eiusdē sig̃tionis cum hoc noie hoc auxilium lij. de augeo es dr̄. ¶ Opem opes ab ope/de ops. i. de dea terre dicitur. ¶ hoc suffragium gij. de suffragor aris/dicitur. ¶ hoc asilum li/cōponitur de a/quod est sine: et silen quod est tractus: qr nō licet aliquē trahere de loco illo: ⁊ ꝓprie est domus refugij quā Romulus fecit Rome. Scđo modo est ecclesia. ¶ hoc presidiū dij. de presideo es dr̄. ¶ hoc subsidium dij de subsideo es/dr̄. ¶ hoc iuuamē nis. hoc adiumentū ti. hoc adiutoriū rij. de iuuo as/dicunt̄. ¶ hoc adminiculum li. de ad/et mininiculū: sicut hoc opitulamen inis/dr̄ de opitulor aris. verbo deponentali. ¶ Cōstrue. Dic suffragia. i. suffragiū/vel ꝙ ꝓ ⁊/opē/vel ꝓ ⁊/asilū: ⁊ auxiliū. i. idē qđ auxiliū: quibus noibus/adde. i. iunge presidiū/vel ꝙ ꝓ ⁊/et subsidiū ⁊ iuuamē/simul ꝓ ⁊/iunge his noibus hoc adiumētū ti. ⁊ adiutoria. i. adiutoriū rij. ⁊ hoc nomē ꝓpitiatio qđ consimilis sig̃tionis sit cum illis. Et deriuat̄ de hoc verbo deponenti ꝓpitior aris/qđ idē est qđ auxiliari/vel suffragari. ¶ Adiumentū/adminiculum/⁊ opitulamē stāt male hic. Sed autor excusat de huius positione su=

Auxiliū Opem
Suffragium/
Asilum.
Presidium.
Subsidium.
Iuuamen.
Adminiculum
Opitulamen.
Constructio.
Propitiatio.

pta in prohemio:ibi. Quod breue. ⁊c.

Torrens flumē aqua fluui⁹ lac⁹ vndaqȝ limpha — Aqua.
Dic riuos latices puteos dic stagna paludes
Illis addatur amnis simul atqȝ fluentum
Est aqua stans arte stagnū stannūqȝ metallum.
Amnis iungatur a quo mediamna vocatur
Immotas natura facit stagnare paludes.

¶ Hic docet autor ꝙ omīa ista noīa que hic ponunt̄ cōsignificāt.i.sunt eiusdē
significationis cū hoc noīe aqua. Ponit etiā equiuocationē huius dictiōis sta
gnum in illo versu. Est aqua ⁊c. Dicens ꝙ stagnū est aqua stans:⁊ hoc ꝑ artē
et ingeniū hominum. Item aliter stagnū naturaliter fit quod innuit autor cū
dicit. Immotas natura. Et late declarant Albertus magn⁹ sup metheoroꝝ — Differunt
vbi agit de metallis et Bartholomeus de proprietatibus rerū. Item stagnū — Stagnum
metallū quod vt quibusdam placet dicit̄ stannum. Sed vere Isodorus Papi — Stannum.
as ⁊ aliꝫ nobiles autores dicunt stagnū ꝑ g ⁊ nō per n. Stannum (anglice tyn
¶ Cōstrue. torrens/flumen/fluuius/lacus/vnda.qȝ pro et. lympha sunt idem — Constructio.
quod aqua. Dic riuos id est riuū/puteos:⁊ dic stagnū ⁊ paludes esse idem qđ
aqua:et ponunt̄ in plurali causa metri. ¶ Est aqua stans. Hic est equiuoca=
tio huius dictionis stagnum. Construe. stagnū est aqua stans arte.i.per artē
hominū (anglice a ponde (qȝ pro et stannū est species cuiusdam metalli id est
quoddā metallum (anglice tyn.) Amnis iungatur his a quo scȝ nomīe hec di — Mediamnis
ctio mediamna vocat̄ id est deriuat̄. ¶ Et est mediamna spacium terre: circa
quā vtrinqȝ decurrit aqua (anglice an holme.) Et componit̄ de medius a um
quasi sita id est posita in medio amnis. Immotas ⁊c. Construe. Natura fa=
cit aliquando paludes imotas.i.immobiles:stagnare.i.deuenire stagna nul=
lo homine subueniente. Et ꝓprie palus est cuius supficies tenuis terrā coope — Palus.
rit subtus tamen aqua lutosa est ⁊ in parte stans ꝓpter sui spissitionem. Et nec — Torrens
pondus magnū ferre potest quin illud absorbeat ¶ Hic torrens tis. de torreo — Flumen.
es torrere. ¶ Hoc flumen hic fluuius. de fluo is. ¶ Hec aqua de equus a/um. — Aqua.
¶ Hic lacus ci. de liqueo es. Et est lacus aqua stans naturaliter vel parū flu= — Lacus
ens siue habeat pisces siue non:ꝙ autē dicit̄ lacus quasi locus aque ethimo. — Stagnum
est. Et differt a stagno et piscina. ¶ Stanum est aqua stans artificio habens — Piscina
pisces. ¶ Piscina est aqua stans carens piscibus:vnde a pisce dicitur per con — Lymhpa
trarium. ¶ Hec vnda de eo is dicit̄. ¶ Hec limpha a nympha n/mutata in l/ — Later.
dicitur lympha. ¶ Hic puteus tei. a puto tas dicitur. ¶ Hic látex ticis a lateo
lates dicitur.

Glarea vel gipsis glis est argilla bitumen — Argilla.
Glis animal/glis terra tenax/glis lappa vocat̄:
Ris primum glissis tenet altera:tertia glitis

¶ Auctor docet quot sunt nomina cum isto nomine hec argilla argille. Dicit
ꝙ hec glaria glarie est idem. hoc gipsum gipsi est idem. hec glis glissis est idē
hoc bitumen bituminis est idem. ¶ Deinde ponit autor equiuocationem

in ista dictiōe glis: dicit q̄ equiuocat̄ ad tria. Nā glis est quoddā aīal paruū quod per totā hyemē dormiens vigilat in estate. ¶ Glis gliris aīal dicitur a gliscero qd̄ est dulce vel a glisco cis qd̄ est ipinguescere: quia dormiendo pinguescit. Et habet circa collū ⁊ sub ventre albū colorē: ⁊ in dorso rubeū: vt mustela. ¶ Isidorus dicit glires dicti sunt q̄ pingues eos efficit somnus. Nā gliscere dicimus crescere: ⁊ hyeme tota dormiunt. ⁊ immobiles quasi mortui iacent. Estiuo tempore reuiuiscūt. Et glis est argilla. Et glis est lappa. ¶ Deinde dicit q̄ glis scd̄m diuersā sui significationē/diuersam habet variationem i genitiuo. Nam glis quādo est aīal facit gliris i genitiuo. Et declinat̄ hic glis gliris. Sed quando est terra tenax facit glissis in genitiuo. et est feminini generis. Et quando est lappa facit glitis in gentiuo et feminini generis. Unde versus. hic animal/hec terra tenax/hec lappa vocatur. ¶ Construe sic. Glaria vel pro ⁊ gipsis p̄ gipsum glis faciens glissis in genitiuo: ⁊ bitumen est argilla. i. idem qd̄ argilla. ¶ Glis animal ⁊c. hic est equiuocatio istius dictiōis glis. ¶ Cōstrue. Glis vocatur quoddam animal. ⁊ glis vocatur terra tenax: ⁊ glis vocatur lappa. Primū. i. aīal glis tenet. i. habet ris. i. gliris i gtō. altera. i. glis quando est terra tenax tenet glissis in genitiuo. Tercia. i. glis quando est lappa tenet glitis i genitiuo. hic glis gliris (anglice a dormous.) hec glis glissis (anglice a clay) hec glis glitis (anglice a burre.) ¶ Glaria scd̄m Uirgilium est argilla. i. terra humida vel lupilli parui quos fluuius trahit. ¶ hoc gipsū scd̄m hugo. Unde gipseus a/um. et gipso as/are/aui. i. linire et est grecū nomen gipsum. ¶ hec argilla le. de argos quod est proprium nomen ciuitatis i grecia. ¶ hoc bitumen inis. de bibo bibis.

Constructio Glis.

Glaria. Gipsum. Argilla Bitumen.

Ahenum

Est sartago/patella/lebs/cacabus/vel ahenū
A pateo patenam dicens: coniunge patellam
Uas dico patenam: sed quod tegit esse patenam:
De sarcos et ago: sic est sartago vocata
Nam sarcos grece caro dicitur esse latine.

¶ hic autor docet quot sunt nomina synonyma cum isto nomie hoc adhenū ni. quod p̄prie est olla enea (anglice a brasen pot.) Et dicit̄ de hoc es eris. Dicens q̄ hec sartago inis est idem. hec patella telle diminutiuū de patena. est idem. hic lebes etis media producta est idē. et est masculini generis apd̄ Uirgiliū. Papias dicit lebes etis scd̄m regulā Prisciani feminini esse. Sed Ouid masculinū facit. hec lebeta te scd̄m papiā est idem quod lebes. Unde versus. Salue sancta lebes que nobis fercula prebes. Per hūc versū notat̄ feminini generis. Tercia dona facit geminos ex ere lebetes. Per hunc versum notat̄ masculini gener̄. Et dicitur de leuo uas. ¶ hic cacabus bi est idē. ⁊ dr̄ de hoc camina tis. media correpta qd̄ est incendiū. q̄ multū est in incendio. i. in igne. ¶ hec patena ne. media corre. est idē. hec patella le. est idē. Sed patella est p̄prie in qua frixant̄ carnes. Deinde ponit autor differentiā inter patenā cuius media producitur: ⁊ patenā cuꝰ media corripitur. Patena cuius media producitur est coopertura calicis. ¶ Deinde dicit autor q̄ sartago inis/componitur de sarcos grece qd̄ est caro latine: ⁊ aga agis. Unde. De sarcos ⁊ ago sic est cartago vocata. Sartago patella est. ¶ Construe. Sartago/patella/lebes/vel cacabus est idē qd̄ acen. hic cacabꝰ bi. de caro carnis. ⁊ hoc camina tis componitur. hec lebes etis. est grecum: vel dicit̄ de leuo as. Cetera plana sunt. Dicens. i. tu dicens. patenā a pateo es supple deriuari ꝯiunge patellam

Ahenum

Lebes.

Ccacabus

Patella. Patena. Sartago.

Constructio.

quod est idem qđ ahenū. ¶ Vas dico ℞c. Cōstrue. Ego dico patenā cuius media corripitur esse vas scʒ ahenum vel cacabum: sed dico patenam cuius media producitur: esse illud quod regit/ supple calicem. scʒ cooperculum calicis. ¶ De sarcos. Construe. hec sartago inis est vocata sic de sarcos grece et ago gis. Nam sarcos grece dicitur esse caro latine/ id est idem quod caro.

Affero vel amo/ cupio/ desidero/ glisco
¶ hic docet autor. q̄ sunt verba consignificantia cum hoc verbo ago/agis. dicens. q̄ ista scilicet exigo/gis/egi/ere/exactum/tu. verbum actiuum. ꝛ componitur de ex: ꝛ ago/agis. Et est exigere perfecte agere. Ut iste exigit opus suum. i. perfecte fecit opus suum/vel compleuit/vel perfecit. Item exigere est expellere. Exigere est iniuste petere. Unde exactio onis. i. iniusta petitio. Itē exigere sumitur pro simpliciter petere/vel requirere. Item exigere est vltra vel extra agere. i. diuidere. Unde exiguus/a/um. ¶ Perago/peragis. de per et ago/agis componitur. ¶ A facio/facis/feci/facere/factum/factu. Afficio cis/componitur de ad: et facio/cis. et significat tria: que patent per versum. Afficit informat/punit/cupit: hec tria signat. Item componitur cum ex: et dicitur efficio/cis. Et cum in: et dicitur inficio/cis. id est intingere. Et cum de/et dicitur deficio/cis. Et cum per: et dicitur perficio/cis. Et cum ob: et dicitur officio/cis. Et cum sub: ꝛ dicitur sufficio/cis. ¶ Et habet multas significationes Nam sufficere. id est satisfacere. (anglice to suffyce). vt sufficit tibi gratia mea Et secundum hanc significationem inuenitur sufficit impersonale. Item sufficere subrogare/substituere. Unde bene dicitur. iste est suspectus. i. substitutꝰ Sufficere. i. subministrare. vt iste sufficit michi necessariū. id est subministrat. Item facio cōponitur cū pro: et dicitur proficio/cis. ¶ Nota proficiscor/eris. verbum deponens. id est ire. et habet [illegible] preteriti profectus sum: vel fui. id est transiui. Et cum re/ꝛ dicitur reficio/cis/feci/refectum/refectu. Exiguo plura significat. Exactio Exiguus Perago Facio cū compositis. Sufficere. Proficiscor

Notabile
Quedā actiua.
Quedā neutra

¶ Nota q facio est neutrum quo ad vocem: et non quo ad significationem: qr sic actiuum est. Et omnia composita a facio/cum prepositionibus: prout Donatus accipit prepositiones: si in o/desinant actiua sunt preter ista quattuor scilicet deficio/proficio/officio/sufficio que sunt neutra. Deficio tamē pro relinquo: et sufficio pro ministro: et substituo: actiua sunt. Si vero desinant in or passiua sunt: preter proficiscor/aris: et inficior/aris. que sunt deponentia. Alie plures regule dantur a facio/cis: et eiusdem compositis: quas vide in Hugui. capitulo facio in fine.

Operior.
Patro.
Perpetro.
Impetro.

¶ Operior ris. verbum deponens: dicitur de hoc opus operis. Et componitur cum con/dempta n/et dicitur cooperior aris. ¶ Patro/tras/patraui/patrare. id est facere: et proprie opus veniens. Et componitur cum re: et dicitur perpetro as. i. facere. Et cum in/et dicitur impetro/as. id est querere.

Compleo
Et alia composita a pleo

¶ Compleo/es/eui/ere/completum/tu. Componitur de con/et pleo ples: quod in simplici nō est in vsu: sed in composito: vt repleo/reples: impleo/imples: suppleo/supples: depleo/deples: et est deplere valde deplere vel euacuare. Expleo/exples: oppleo/opples. de ob/et pleo/ples. i. implere/obturare Et a pleo deriuatur plenus/na/num. et splen splenis.

Cōsumo et alia composita

¶ Consumo/is/consumpsi/ere/consumptum/tu. in supinis. de con/et sumo/sumis: componitur. Et est consumere/deuastare/destruere/simul sumere. Unde cōsumptor/consumptrix/consumptio: nomina verbalia. Sumo est actiuum cum compositis.

Exequor.

¶ Impleo dictum est. Perficio dictum est supra. ¶ Exequor/eris/executus sum/exequi. media correpta. de ex/et sequor cōponitur. Unde executor oris/executrix/executricis. Hec executio executionis. nomina verbalia.

Claudo
Clatrus.
Termino cum compositis.

¶ Claudo/dis/clausi/ere/clausum/su. in supinis. Unde hic clausor/oris. et hec clausura/re. et hic clatrus/tri. et est repagulum quo ostium firmatur: vel quod opponitur ostio: vel ipsum ostium precipue hortorum vel vinearum. ¶ Termino/as/aui/are. de hic terminus/ni. dicitur. Unde contermino/as/aui/are. id est simul terminare/vel coniungere. Determino as/aui/are. id est diffinire/vel terminos auferre. Extermino/as/exterminaui exterminare. terminos auferre/vel exulem facere: quasi extra terminos ponere/et extrahere. et proprie dicitur de exulibus. Et ponitur pro demolitur: vt ibi. Exterminant enim facies suas. id est demoliuntur. id est deuastant/destruunt/dissipant: et extra terminos humane conditionis ducunt. Unde hoc exterminium nij. id est desolatio/concussio extra terminos exilium.

Nota
Exterminium/

Decido
Cedo.
Cado.

¶ Decido/dis/decidi/dere/decisum decisu. in supinis. id est terminare. Unde iste decidit causam. id est determinauit causam. Componitur de de/et cedo/dis/cecidi: media producta. Sed cado/dis/facit cecidi.

Finio

¶ Finio/finis/finiui/finire: a finis dicitur. Diffinio/diffinis/diffiniui/diffinire. id est determinare/diffinitionem dare. Deduco/deducis/deduxi/deducere. de de/et duco/ducis: componitur.

Constructio

¶ Construe. Exigit ac peragit. etc. omnia ista idē sunt quod ago agis. Medios deducit in actus. id est aliquis deducit. id est vlterius ducit rem suam: vel opus suū in medios actus. id est vltra medios actus.

De promo promus qui promptuaria seruat
De promo promis sunt promptuaria dicta:
Promptuaria vel celaria/dic apothecas.

apotheca

Est apotheca domus cui victus traditur omnis.
Est ypotheca rei non mobilis vt domus aruum
Rerum mobilium tra[illegible]tur pignera pugno

¶ In istis versibus docet autor quid sit promus. quia in sequētibus facit memoriam de ista dictione promptuarium dicens q̄ dicitur de promo promus Dicit ergo q̄ hic promus mi. est custos promptuarij. et vtrumq̄ deriuatur de promo/mis. ¶ Construe duos primos versus. Promus dicitur. id est deriuatur de promo/mis/prompsi/promere/promptum/tu. id est ostendere: et qui scilicet promus/seruat. id est custodit/promptuaria. id est cellaria/et promptuaria. id est promptuarium sunt dicta. id est dictum de promo/mis. Et est promptuarium domus secreta in qua omnia victualia reponuntur. ¶ Promptuaria. &c. Autor docet hic. q̄ ista nomina sunt synonyma. i. consignificantia hoc cellariū: quod dicitur a celo/celas. i. tego/ tegis: quia celat. i. tegit res que ibi reponuntur. ¶ Hec apotheca/ce. &c. dicitur ab apo/quod est re: et theca/quod est positio latine: quasi repositio vel repositorium: quia ibi seruantur res in repositorio. ¶ Est apotheca. &c. hic ponit differentiam inter apotheca/ et ypotheca dicens. q̄ apotheca est idem q̄ cellarium. ypotheca est vadium rei immobilis: sicut domus/aruus/ager: et similia. Et sic potest esse differentia in istis versibus inter ypotheca et pignus. ¶ Item nota differentiam inter hoc pignus/eris: cum e/in genitiuo: et hoc pignus oris cum o/scriptum in genitiuo. Vnde. Pignera natorum: dicuntur pignora rerum. ¶ Cōstrue. Apotheca est vna domus: cui scilicet domui: omnis victus. i. victualia/traduntur. i. dantur/ et ypotheca est scilicet vadium rei immobilis: que facile moueri nō potest: vt domus. i. edificium/et aruum. id est campus. Promus Constructio Promere. Celarium Apotheca ypotheca. Notabile Constructio

Nuncupat/appellat/sic euocat/aduocat/ista Vociferat/enset/censu funguntur eodem.

¶ Autor docet hic. q̄ ista verba que po[nu]nt in versibus predictis synonyma sunt. ¶ Nuncupo. as. dr̄ de nomen/inis. ¶ Nomino/as. dr̄ de hoc nomē inis. ¶ Appello as componitur de ad/et pello/as. quod non est in vsu. i. vocare. ¶ Aduoco/as. de ad: et voco/as ¶ Vocifero/as. dicit̄ de vocifer/a/um. adiectiuum. i. ferens vel portans vocem. et cōponitur de hec vox/vocis. et fero fers. ¶ Censeo/es/sui/censere/censum/su. habet istas sigtiones. i. computo/as. et idem est q̄ nuncupo/as. et idē est q̄ iudico/as: et ꝓprie de moribus. Vs. Censeo computo/censeo nūcupo/censeo mores. Censeo componitur cum sub/et dr̄ succenseo/ses/sui. et est idem q̄ irasci. Et cum per: et dr̄ percenseo es. i. perfecte/vel valde censere: vel perquirere/circuire/pererare. Unde Ouidius. in secundo metha. Percensuit orbem. i. circuit orbem. Item componitur cum re/ et dicitur recenseo/ses/sui/ere/censum/su. in supinis. i. numerare/ vel recitare/rememorari reuenerari. vñ. Censeo si studeas lector ꝯponere debet. Sub notat irasci: per circuit: et numerat re. Et de censeo venit hic censor/censoris. iudex de moribus: et hec censura re. iudicium. ¶ Construe. Ista verba nuncupat/appellat. &c. funguntur eodem sensu. Fungor/ris. construitur cū ablatiuo casu. ¶ Itē nota q̄ est censeo/es/sui/ere/censum/su. in supinis. et Censeo is/sui/sere/censitum/situ. verbum tertie coniugationis. et censio/sis/siui/sire. quarte ꝯiugationis. et ista nō differūt in significatione: sed in litteratura: qr cēseo/es. secūde coniugationis. facit censui in preterito. et censum/su. in supinis Censeo/is. tertie coniu. facit etiā sui/in preterito. et censitum/tu. in supinis. media correpta. Sed censio/is. quarte coniu. facit censitum/tu. media producta in supinis. vñ. Censio/censis/siui/so/situm. sed censeo cēsum. Censio sed quarte volunt prudentius esse. Et ista verba componuntur. Sed ꝯm q̄ simplicia variantur in dictione sua composita variantur/vt possumus dicere recensita media producta vel correpta: quia recensita penultima correpta. descēdit de censo/quod est verbum tertie coniugationis: sed recensita descendit de recensio/sis/siui/sire/recensitū/tu. cuius penul[tima pro]ducitur qd̄ est quarte. ꝯiugatiōis Nuncupo Nomino. Appello. Aduoco Vocifero Censeo cum suis compositis. Construe. Notabile. Censo. Censio.

Regula

hec hugui. ¶ Sed alij dicunt. q censeo/es. facit censum/censu. in supinis. et
omnia composita ab eo faciunt censitum/tu. in supinis. penultima correpta.
Sed recensio/sis. verbum tertie coniugationis. facit recensui in preterito. et
et recensitum/tu. in supinis. ad modum quarte coniugationis. et nunc recen
siui/recensitum/recensitu. in supinis. penultima correpta. Per istam regulã.
q omne verbum desinens in so/tertie coniugationis. facit preteritum in siui:
et supina in situm. ad modum quarte coniugationis. preter quinque scz capes
so/lacesso/facesso/viso/et pinso. Unde doctrinale. So. siui/situmque facit.

Applico appellens/appellas nomine quemuis

Appello/lis

¶ In isto versu assignat autor differentiam inter appello/is/appulit/ere/ap
pulsum/su. in supinis. verbum actiuum. id est ad portum venire/vel applica
re: vt ibi. Postquam poeta animum suum appulit ad scribendum. appulit. id est
applicauit. Et componitur de ad/et pello/pellis/pepuli/pellere/pulsum/pul

Appello/as.

su. in supinis. ¶ Appello/as. i. vocare: vt superius dicitur. ¶ Construe. Ap

Plico

pellens. i. aliquis appellens applicat. Et applicat componitur de ad/et plico

Notabile

as/plicui/vel plicaui/care/citum/tu. vel atum tu. in supinis. ¶ Et nota q pli
co facit preteritum in cui. vel in caui. et supina in citum vel in catum. et omnia
sua composita cum prepositionibus similiter faciunt preteritum in cui/vel in
caui/et supina in citum/vel in catum. sed frequentius in cui. et raro in caui/et
in catum. preter supplico as: quod facit semper preteritum in aui. et supina in
atum: vt supplicaui/catum/tu. Esopus habet supplicui: de supplico. Sed cõ
posita a plico/et ab aliquo nomine faciunt semper preteritum in aui: et supina

Constructio

in atum: vt multiplico/as/aui/catum. tu. Duplico/as/aui/catũ. ¶ Construe
sic. Appellens. i. aliquis appellens applicat: et tu appellas. i. vocas/quẽuis.
id est omnem hominem: nomine. i. per nomen suum. Uel quem vis sunt due
dictiones: et tunc sic expone. tu expellas. i. vocas illum quem vis vocare nomi
ne suo. id est per nomen suum.

Aperio.

Ostia qui reserat/aperit/panditque recludit.
Eiusdem sensus/depessulat additur istis.

Resero.
Aperio

¶ Hic autor ponit synonymationẽ in istis verbis. aperio/ris: resero/as. pan
do/is. etc. Resero/as/aui/are. componitur de re: et sero/as. i. claudere cum sera.
¶ Aperio/ris/rui/ire/apertum/tu. in supinis. verbũ actiuũ. cõponitur de ab/
vel ab a: et pario/ris/peperi/re. et componitur aperio cũ ad: et dr adaperio/is.

Pando

rui/ire. ¶ Pando/dis/di/pandere/pansum/su. vel passum/su. in supinis fm
quosdam. videlicet donatũ in maiori. et Pap. Sed hugui. et doctrinale dicũt

Pandus
Curuus.

q facit tm passum/su. in supinis. De pando/dis. dr pandus/a/um. i. curuus/
a/um. sed differunt: qr pandus sursũ curuat: et curuus deorsum curuat. et cõ
ponitur repandus/da/dum. Unde. Dans passum pando: subducit n s/gemi=
nando. hugui. dicit q hec tria verba. pando: et pateo: et patior habent simi=
le supinum videlicet passum. Unde. Pando pati pateo passum fecere supino.

Recludo
Notabile.

Recludo/dis/recludi/ere/sum/su. in supinis. componitur de re: et claudo/dis
clausi/claudere. ¶ Et nota. q re notat aliquãdo contrarietatẽ: vt in hoc ver=
bo recludo dis. qr si ostiũ sit clausum: et dicã reclude ostiũ. idẽ est q aperi. et si
ostium sit apertum: et dicam reclude ostium: tunc idem est q claude ostium/
et ita re notat contrarios actus. Depessulo/las/aui/are. i. aperire. Et cõponit
de de/prepositione: et pessulo/as et est pessulare claudere vel firmare ostium
cum pessulo. hoc pessulum/li. (anglice a latche). Et dicitur de pello pellis.
¶ Construe. Ille q reserat ostium aperit: que pro et/pandit et recludit. depessu

lat' eiusdem sensus. id est eiusdem significationis addit istis sez verbis.

Hec tria iungas presumit: vsurpat/et audet.

¶ In isto versu docet autor conuenientiā significatiōis esse in istis verbis vsurpo as/aui/are. quod deriuatur de vtor et rapio. ¶ Presumo mis/ presumpsi/ presumptum tu/in supinis. et componitur de pre et sumo is. et inde presūptor presumptrix. presumptio verbalia. et hic presumptus tus/tui. Unde presūptuosus a/um. ¶ Audeo es/ausussum audere verbum neutropassiuum. ¶ Et differentia est inter verba neutrapassiua et verba neutropassiua. Uerba neutropassiua dicuntur illa que passiuis sunt similia in hoc q carent preteritis et habent suppletionem preteritorum per participium et verbum substantiuum sicut et passiua. Ista autem quinqz sunt que indicant versus. Audeo cum soleo fio qz gaudeo fido. Quiqz puer nūero neutropassiua tibi do. ¶ Sūt aūt neutrapassiua que significationem passiuorum habent: et que significant passionem aliunde illatam: que sunt quattuor: vt patet per versus. Exulo/vapulo/veneo/nubo quattuor ista. Sensum passiui sub voce gerunt aliena. Et ab audeo hic ausus sus/sui. hic et hec et hoc audax cis. Unde hec audacia cie. — Audeo / Notabile

¶ Construe. Jungas vel simul iungas hec tria que sunt eiusdem significationis videlicet presumo/vsurpo/et audeo. — Constructio

Sulcat/arat/versat glebas/colit/excolit agros:

¶ Autor docet hic conuenientiam esse quo ad significationem inter ista verba sulcat ꝛc. ¶ Sulco as/aui/are. neutrum dicitur de hic sulcus ci. Et sulcus dicitur de hic sol solis. Unde sulcus quasi solem capiens: et est ethimologia et non compositio dicitur de suo is/suere: quasi fomere transsuitur. Aro as/aui arare aratum tu, verbum neutrum componitur cum ex. et dicitur exaro as/aui/are. id est extra arare vel perfecte arare vel scribere. Unde Job. Quis mihi det vt exarentur sermones mei in libro stilo ferreo vel celte sculpantur in scilicet — Sulcus. / Aro

¶ De aro as. arator oris. aratrix tricis. et hoc aratrum tri. secundum quosdā media producta: et secundum alios media correpta profertur

¶ Uerso as/aui/are. verbum frequentatiuū id est frequenter vertere. Et formatur ab vltimo supino istius verbi verto tis. verti versum su. u/in o/ fit verso sas. ¶ Hec gleba be. id est durus cespes cū herba vel sine herba terra auulsus Et dicitur de hic globus globi: q simul quasi globus. Unde hec glebula le. vl hec glebella le. ambo diminutiua. Et globosus a/um. et comparatur globosior globosissimus. Unde hec globositas sitatis. Et de globo dicitur hic globo/onis. id est rusticus arator. — Uerso / Gleba / Globus / Globosus

¶ Colo lis/lui/lere/cultum tu. in supino quinqz habet sensus. Colo ciuitatē. i. habito: colo terrā. i. aro terrā: colo formā, id est orno: colo deum id est veneror: colo parentes id est diligo parentes. Quas quinqz significationes versus sequentes declarant. Agros/rus/formā/superos colit/atqz parētes. Hos arat hos habitat/ornat/honorat/amat. Unde verbalia cultor toris. cultrix: et hic cultus/tui. et hec cultura culture. — Colo plura significat.

¶ Excolo lis/lui/lere/excultū tu/in supino. cōponit de ex/ꝛ colo colis lui/lere — Excolo

¶ Hic ager huius agri huic agro: id est campus: et componitur cum cultura: et dicitur hec agricultura agriculture. — Ager.

¶ Construe sic. Sulcat/arat/versat glebas/colit/excolit agros: omnia ista significant arare. Et ibi versat glebas pro vna dictione accipitur: et etiam excolit agros: et tantum significat quantum [illegible] es arare. — Constructio

Alget et algescit/friget frigescit:et inde
Algidus ac algor:pariter maris alga vocatur
Ac infrigdatur predictis associatur

Algeo. ¶ hic docet autor quot sunt verba couenientia in significatione cu hoc verbo
Indulgeo. algeo es alsi algere. Dicens q sunt ista que ponuntur in versibus. ¶ Algeo es
Notabile. alsi gere alsum su in supino componitur cum in/ interposita d/ a mutata in u/
et dicit indulgeo es/indulsi ere/indulsum su. vel indultu tu:in supinis. et habet
tres significationes. Nam indulgere est gratis cocedere:vt papa indulsit mi=
chi potestatem id est gratis concessit michi. Et idulgere est operam dare. Unde
Catho. Indulgere gule noli quia ventris amica est. Et indulgere pro remitte=
re. Ut indulge nobis peccata nostra. In prima significatione idulgere activu
in aliis neutru. Unde versus. Est indulgere quicq cocedere gratis. Ac opera
dare siue remittere significabit. Actiuu dicas pro primo pro reliquis non
¶ Algesco cis. verbum inchoatiuu id est incipio algere. Et componitur cum
Algesco ex/et dicit exalgesco cis. ¶ Frigeo es/qui caret supinis. Et est frigere friges
Frigeo. eri vel esse frigidum. Item frigere ponit sepe pro cessare sicut econtrario fer=
uere ponitur pro frequentare:vt dicit Hug. capitulo frigeo ges. ¶ Frigesco
Frigesco cis/ichoatiuu a frigeo es/frigere. ¶ Infrigidor aris/atus sum/ari. et est passi
Infrigidor uum. Infrigido as. quod componit de in et frigido as. i. valde frigidari. Et
est frigidare frigidum facere:sed infrigidari frigidum fieri.
Constructio ¶ Construe sic. Alget et algescit/friget frigescit ista verba significant idem:et
inde. i. de hoc verbo algeo es venit algidus a/um. id est frigidus a/um. ac pro et
Alga. hic algor oris. i. frigus. et pariter id est simul hec alga maris id est que est her
ba maris scz crescens in mari:et qua mare proiicit a se/quelibet istarum dictio=
num creatur id est fit/id est deriuatur ab algeo es. ac pro et infrigidatur pro in
frigidatur:associatur id est adiungitur predictis supple verbis.
¶ Nota quia non potest stare in versu infrigidatur et ideo deposuit i/ante d/
et dixit infrigidatur.

Ara **Ara vel altare domini/vel mensa vocatur**
Atqz tripos dici consueuit apollinis ara
Aras inspiciens/hinc deriuatur aruspex

¶ hic docet autor quot nomina inueniunt posita pro hoc nomine hec ara re
Area et dicit q ista que sequunt. ¶ hec ara re scdm Isidoru dicitur de hoc es eris
Aruspex quia are antiquitus facte fuerunt ex ere. Uel de aro aras scdm hugui. Et co=
ponitur cum specio cis. quod non est in vsu id est videre. Et dicitur hic et hec
aruspex cis media correpta id est diuinator:quia ventura predicit ab aris.
Altare. ¶ Item ara componitur cu altus a:um. et dicit hoc altare ris. quasi alta ara
Altarium vel altorum id est deoru superorum ara. Unde hoc altarium rii. idem qd ara
Mensa et hoc altariolum li. diminutiuu. et hoc altare ris in eodem sensu. ¶ hec mesa
mense dicit de metior ris/mensus sum:metiri verbu deponens. Et de mensa
Tripos mense dicit hec mensula le. diminutiuu. ¶ hic tripos odis. componit de tris
quod est tres:et pos quod est pes/quasi tres habens pedes:quia sup tres pe=
Notabile. des id est tres columnas stant illa ara. Et proprie dicebat ara apollis id est
phebi vel solis:quia in illa solebant dari responsa de omnibus quesitis. Sed
modo fides christiana prohibet [illegible] fieri. Un galfridus in poetria. Nouella

sana fides a lumine tollit. Ecclesie tropidem phebi soliūq sibille. ¶ Cōstrue. Constructio.
Altare vel mensa domini vocatur scȝ ara: atq pro ⁊ tripos podis. consueuit
id est solebat dici. i. vocari (a poetis) ara. i. altare/apollinis. i. solis: vł phebi qđ
idem est. ⁊c̄. ¶ Aras inspiciens. Construe. Dum aliquis est inspiciens aras:
hinc. id est inde aruspex aruspicis deriuatur.

Induit/ac operit/amicit/vestit/tegit atq Amitio.
Uelat predictis sensum dedit vsus eundem
Occulit/obnubit/et obumbrat/celat/et abdit.

¶ Hic docet autor quot sunt verba synonyma cum isto verbo amicio cis/cire
quarte coniugationis: ⁊ est verbū actiuū: ⁊ facit supinū amictū/tu. iuxta illđ
doctrinalis. Amicire figurat amictū. ⁊ est acti. ¶ Amicio cis. idē est qđ coopi Amitio.
re/vel adiungere/vel ligare. Et dicitur de hic amicus ci. Et inde dicit̄ hic ami
ctus tus/tui. Item amitio. i. fustes angulares: cuius singulare raro inuenit̄.
scȝ hec amict⁹. Amicio ꝯponit̄ cū circū/⁊ dr̄ circūamitio cis. ¶ Nota ꝙ hug. Notabile.
vult ꝙ scribetur circūamitio: ita ꝙ circū maneret integra dictio: cuius opinio
nē: quia rationi nō conuenit non admitto. ¶ Induo is/ui/ere. indutū/tu. in su Induo
pinis. Unde hoc indumentum ti. est verbum actiuum. Et componitur induo
de in/⁊ duo is/quod non est in vsu. ¶ Operio/ris/rui/rire. opertum/tu. in su Operio
pinis. verbum actiuū. i. tegere. Uel amicire componitur de ob/et pario/ris/
peperi/ere. Uñ opertus a/um. Et hic opertus tus/tui. Et hoc operimen inis. Opertus.
penultima correpta: ⁊ hoc operimentū ti. ⁊ hoc opertoriū rij. Et hoc opercu= Operimen.
lum li. omnia idē quod tegimen. Uñ in veteri lege scribit̄. Uas sine opericulo Opertorium.
id est tegimine: immūdū erit. Inuenit̄ ⁊ hoc operculum li. ꝑ sincopā. Item co Operculum
operio ꝯponit̄ de cū/vel con/deposita n/⁊ dr̄ cooperio ris/rui/ire/coopertum Cooperio.
tu. i. tegere. Cooperio ꝯponitur cū dis/et dr̄ discooperio is. i. denudare/exue=
re. Unde cū videris nudum cooperi eū. i. tege eum cum vestibus. ¶ Nota ꝙ
habetur operior iris opertus sum riri. verbum deponens. i. expectare: vt ope Operior
rior te. i. expecto te. Sed qñ est deponens producit primā syllabam: ⁊ qñ est
passiuū corripit primā syllabā. ¶ Uestio tis/iui/ire/itum/tu. in supinis. verbū Uestio
actiuū. dr̄ de hic vestis tis. Unde hoc vestimen inis. Et hoc vestimentū ti. Et
hic vestitus tus/tui. ¶ Tego gis/texi/textū/tu. Uñ verbalia. textor toris/tex= Tego cum suis
trix cis. Et hoc tectū ti. i. domus. Et hoc tegimē inis. Tego ꝯponit̄ cū de ⁊ dr̄ compositis.
detego gis/texi/ere. i. discooperire/reuelare: vt iste detexit secreta mea. i. re
uelauit. Itē cū pro ⁊ dr̄ ꝓtego gis/texi/ere/ꝓtectū/tu. in supinis. i. tueri/defē
dere: vt vbi. Protege me dñe ab oī malo. i. defende. Uel hic. Protege dñe fa=
mulos tuos. i. defende. Uñ ꝓtectio. i. defensio/vel tuitio. ¶ Uelo as/aui/are
actiuū. i. tegere. Uñ hoc velū li illud lintheū quo vehit̄ nauis in mari impul= Uelo cum suis
sione venti. Et a velum li. dr̄ hoc velamē inis. Et hoc velamentū ti. i. tegumen compositis.
vel tegmen. Uñ velum dr̄ quasi ala volantis. A velo as/dr̄ hoc velabrū bri. il
lud vas quo frumentū purgat̄. Itē componit̄ aduelo/as. i. valde velare. Et Uelabrum.
aduelo as. i. discooperire: ⁊ deuelo as. idē. Itē reuelo as. i. detegere/vel ape=
rire/manifestare. Et oīa composita ab eo actiua sunt: ⁊ ꝓducūt hanc syllabā
ve. ¶ Induit/ac operit. ⁊c̄. Cōstrue. Usus. i. ꝯsuetudo dedit predictis scȝ ꝟbis
eundē sensum. i. eandē sigtionē. ¶ Occulo lis/lui/lere. occultū/tu. in supinis. Constructio.
verbū actiuū: ⁊ ꝯponit̄ de ob/⁊ colo lis: ꝑ mutationē b/in c/⁊ illa syllaba co in Occulo.
u: ⁊ est abscondere tegere. Uñ Ouidius. Rumosas occulit herba domos. i. te
git. Unde occultor/occultrix. Et hoc occultū ti. i. peccatuȝ. Unde. Ab occultis
meis. ⁊c̄. ¶ Obnubo bis/obnupsi/ere/obnuptū ti. i. tegere. verbū actiuū. Et
cōponit̄ de ob/et nubo bis/nupsi/nup[illegible] [illegible] duas sigtiones. In vna idem Obnubo.
qđ tego gis. vñ obnubo bis. ꝯponit̄ de [illegible] tūc est actiuū. In alia signifi
catione nubo pertinet ad mulieres: ⁊ tūc [illegible] um ⁊ neutropassiuū: qr sub

voce actiua significant passionē: vt hec mulier nubit michi .i. est michi nupta. Unde versus. Neutrum nubo feres cum pertinet ad mulieres. Dum signat tegere vult actiuum retinere. ¶ Obumbro as/aui/are/ verbum actiuum de ob/et vmbro as: quod in simplici nō est in vsu. ¶ Celo as/are .i. sculpere/pingere/et celas .id est tego tegis per contrarium adreuelare: sicut in presenti lectione accipitur: et secundum hoc construitur cum duobus accusatiuis: vt celo te consiliū: et sensus est abscōdo a te consiliū. Pro illis duabus significationibus nota versum. Hoc verbum celo notat duo que ego sculpo. Celo as/cōponitur a concelo as .id est simul celare. et recelo las .i. reuelare: et est actiuū cum suis compositis. et omnia producunt syllabam ce. ¶ Abdo abdis abdere/abditum/tu .i. tegere: et est actiuum. Et componitur de ad/et do das/dedi/datum/datu in supino.

Obnubo
Celo/as/are/ cū compositis.
Abdo.

Aceruus

Est glob⁹ atq; strues cumul⁹ vel aceru⁹ et agger
Est glom⁹ hic glomero globo cglobo nascit inde

¶ Autor docet hic: quot sunt synonyma cum isto nomine hic aceruus aceruiid est coadunatio dicens: q̄ ista que ponunt in versibus ¶ Hic globus bi. est idem. Unde hec gleba be. durus cespes cum herba. Item a globus dr̄ globo as/aui/are .i. aceruare/cumulare/coadunare/conspissare/globosum facere. ¶ Hec strues is .i. aceruus congeries. Unde hec strucula le. diminutiuum. Et hec struma me. gybbus in pectore: quasi strues humor. Et est differentia inter congeries ei: et hec glomeratio onis/et hic strues is. q̄ congeries ꝓprie est cumulus lapidum/et glomeratio ꝓprie est collectio fili: vel filor: sed strues est collectio lignor. vn̄. Congeries lapidum/tibi glomeratio fili. Lignor proprie dr̄ esse strues. ¶ Hic cumulus li. Un̄ cumulo as/aui/are: componitur accumulo as: concumulo as. ambo actiua. ¶ Hic aceruus ui. de acer ꝑm litteram. vnde aceruo as/aui/are. et componitur coaceruo as .id est cumulare. ¶ Hic agger eris. dr̄ de aggero ris/aggressi/ere .i. afferre/vel apportare. Et est agger ꝓprie cumulus terre nō naturaliter: sed artificialiter instruct⁹. Lucanus. Late iacens apparuit agger. ¶ Hic glomus mi. secūde declinationis. et glomus glomeris tertie declinationis .idem significant .i. collectio proprie filorum (anglice a clewe/or buttym of threde). Un⁹. Hic glomus hoc ve glomus fertur glomeratio fili. Et qn̄ declinatur hic glomus ris/tunc ab eo deriuatur glomero as .id est facere glomera filorum. ¶ Construe. Et glomus est aceruus/hinc .i. ex hoc/ glomero nascitur .id est deriuatur/et inde .i. ex globo bi. hec verba globo as/et conglobo as. quod componitur de con/et globo as nascitur .id est oritur vel deriuatur. etc.

Globus
Gleba
Globare
Strues.
Strucula
Struma
Notabile
Cumulus
Aceruus
Agger
Glomus
Constructio

Anachorita.

Hic anachoritas reclusos ac heremitas
Et heremo venit hic/sed ab ana nascitur ille.
Hinc anachorite quasi corde superna colentes

¶ Autor docet hic que nomina cōueniūt in significatione cū hoc noie anachorita dicens. q̄ ista hic reclusus si dr̄ de recludo dis idem q̄ claudere: q̄ clausus est in vna cella per se. Hic et hec heremita te. est idē. ¶ Dein̄ docet vn̄ hic et hec anachorita te. et hic et hec heremita te. deriuant dicēs q̄ anachorita dr̄ ab ana qd̄ est sursum/et cor dis: quasi sursum hn̄s cor ad deum. Uel a theros qd̄ est intendēs: quasi sursum intendēs sc; ad celestia. ¶ Heremita dr̄ de heremus mi/q̄ debet habitare in her[illegible] .i. in deserto. Et herem⁹ mi. dr̄ de hereo

Anachorita
Heremita
Heremus

res.hesi herere: q ibi nunq vel raro fit mansio. Heremus enim est invia solitudo vbi nunq habitatū est. vel heremus dr a remoueo es. eo q remotus est a cōspectu hominū. Et habet hoc heremū mi: in codē sensu. Cōstrue. Dic reclusos. ac p et: heremitas esse anachoritas. Ex heremo ic. hic scz heremita venit ex heremo. et deriuatur ab hoc nomine hic heremus mi. Sed ille scilicet anachorita dicitur ab ana grece quod est sursum latine. quia circa superna. id est diuina sollicitus est. Hinc anachorite. ic. Construe. Vel anachorite: supple dicuntur quasi colentes id est venerātes. superna id est diuina: corde. id est cordibus suis. Herenniun Constructio

Ambulo / vel gradior / eo vado / deambulo pergo
Additur his spacior: vel itinero vel proficiscor
Predictis iunge tendo / cum curro mouere

Autor docet hic q omnia ista verba que hic ponunt sunt eiusdē significationis cum hoc verbo ambulo. Ambulo as / aui / are. qd est verbū neutrū. vn hoc ambulatrū tri. locus spaciosus ad ambulādū. Et hoc ambolatoriū riȷ. p loco apto ad ābulandū. et hic ambulus li. porticus lata et spaciosa. Ambulo componit obambulo as. i. circūambulare. Deambulo as. i. de vno loco ad aliū spaciari. Perambulo as. Itē ambulo cōponit cū funis. i. corda. et dr hic funābulis le. ille qui discurrit per funē. i. cordā. Gradior graderis gressus sum / gradi. verbum deponens. Et componit cum con. et dicitur ꝯgredior cōgrederis / congressus sum: congredi. i. simul gradi / simul ire / cōfugere / pugnare disputare. Itē illi ꝓprie cōgrediunt qui contra se gradiuntur ad pugnam: vt verboꝝ manuū vel armoꝝ. Et cum ad. et dicit aggredior eris. i. assilire / inuadere / arripere. Discredior ris. i. in diuersas partes gradi: vel diuersis modis gradi. Egredior ris. i. intrare. Progredior ris. i. ꝓcedere / preire. In qua significatiōe et ꝓgredior inuenit. Pretergredior ris. i. iuxta gradi vel iuxta trāsire. preterire. Regredior is. i. redire. Transgredior ris. i. vltra gradi / preuaricari. Gradior est deponens, similiter omnia eius composita sunt deponentalia: et omnia a sui simplicis mutant in e. preter antegradior ris. ꝛ pregradior ris. Et omnia faciunt supina in gressum sicut et simplex. Ambulatrum. Ambulatoriū. Ambulus. Ambulo cū suis compositis. Gradior cū suis compositis.

Item a gradior ris. dicitur grassor aris / inuadere / latrocinari / predari / impugnare. Proprie grassari est cum impetu gradi ad aliquid crudeliter faciendum. Unde Boetius de cōsolatione philosophie. libro primo. capitulo. iiȷ. i fine. Unde hic grassator oris qui crudeliter agit / latro / predator / seuiens crudeliter homicida. Et quandoq grassor aris ponitur pro niti vel conari.

Caueat lector ne proferat grassari pro crassari. vel econuerso. Aliud enim est grassari et aliud crassari. Secundo libro regum. capitulo vltimo prope finem scribitur. Et cesset indignatio vel infectio que grassatur in populo. i. crudeliter graditur in populo vel deuastat. Crassor aris. est passiuū huius verbi crasso as / aui / are. id est crassū facere. Crassus a / um. idem q hic et hec pinguis et hoc pingue. Ut ille est crassus facie. id est pinguis. Crassor Crassus

Eo is / iui / ire / itum tu. in supino id est ambulare. vnde verbalia. Et nota q eo is et omnia ab eo composita corripiūt istam syllabam i / ante tum in supinis: vt itum tu. initum tu. transitum tu. reditum tu. media de omnibus correpta. Excepto hoc solo verbo ambio bis. quod producit i / ante tum in supino. vt ambitum ambitu media producta. Item eo is et sua composita habent e / ante o in prima persona singularis numeri. et modi idicatiui: vt eo is. abeo is exeo is. ineo is. obeo is. subeo is. adeo is. redeo is. preeo is. veneo is. id est vēdor ris. preter ambio bis quod habet i / a... Eo is iui cū cōpositis suis.

¶ Itē eo is et omnia cōposita ab illo faciūt futurū indicatiui in bo et am/preter ambio qđ facit i am tm̄. Itē oīa habēt i/ante bam immediate p̄cedētē. Ut ibam/transibā/exibam/inibam. preter ambio qđ habet e ante bam. vt ambiebam audiebam sicut cetera verba quarte cōiugationis. ¶ Uado dis vasi vadere vasum vasu in supino. i. ire. vnde hoc vadū di. locus humilis in aqua: qꝛ per cū possit vadi. i. ambulari pedibus sine periculo. Uñ hoc vadulū li. diminutiuum. et vadosus a/um. plenus vel abundans vadis. et vado as/aui are. i. p vadū transire vel per vadū ducere: vnde vado equū. i. p vadū duco. Item cōponitur peruado as. reuado as. transuado as. Et est neutrū cū oībus suis cōpositis pro trāsire: sed ꝓ ducere p vadū est actiuū. ¶ Itē a vado is dicitur hic vas vadis. i. fideiussoꝛ qꝛ dato vade. i. fideiussore licet abire ⁊ vadere. Uñ quidam dixit alteri. Tu non euadis quin dabis ante vades. i. tu nō a me euades quin inuenies ante fideiussores reuertendi ad me ⁊c. ¶ Itē de hic vas vadis hoc vadiū dij. et hoc vadimoniū nij. in eodē sensu pignus vel fideiussio. Unde vadio as. i. vadiū ponere: ⁊ cōponit̄ conuadio as. inuadio as. i. contrauadio: ⁊ est actiuū cū suis cōpositis. ¶ Itē a vas vadis vadioꝛ aris. verbum deponēs id est vadem dare vel inuenire. vt vadioꝛ illū. i. do illū in vadem tibi. id est fideiussorē. Et nō solū pertinet ad homines sed etiā ad alias res: vt vadioꝛ tibi equū vel mātellum meum. Et cōponit̄ euadioꝛ aris. i. reposcere a vadione liberare. ¶ Uado dis cōponit̄ euado is. inuado is. i. aggredi. Uado et eius composita neutra sunt preter inuado is qđ est actiuū: ⁊ oīa faciūt p̄teritū in si et supina i sum: vt vado dis vasi/dere vasum su. Euado dis. euasum su. ¶ De ambulo as aui. cōponit̄ de de/⁊ ambulo as. vnde hoc ambulatoꝛium id est locus spaciosus aptus ad ambulandū in illo. ¶ Pergo gis/perrexi ere prectū tu. ¶ Spacioꝛ aris/atus sum/spaciari v̄bū deponēs. de spaciū cij. Et cōponitur expacioꝛ aris id est extra spaciari. ¶ Itinero as/aui/are/verbum neutruꝫ id est ire. dicit̄ de iter itineris itineri: cuius ntūs itiner non est in vsu. ¶ Proficiscoꝛ eris profectus sum/proficisci. i. ire. et cōponit̄ de pro ⁊ facio is. ⁊ est verbum deponens. ¶ Tendo is/tetendi ere/tensum su. vel tentū tu. in supio. Uñ hec tendicula le. et sūt tendicule insidie que tendunt̄ ambulantibus hominibus vel etiā alijs animalibus. Tendo et eius composita qñ significat ire neutra sunt. In alia vero significatione actiua sunt. Item eius composita faciunt preteritū in tendi et supina in tensum vel in tentū. Itē simplex geminat primā syllabā in preterito. sed nullū compositum ab eo geminat eā. ¶ Curro is/cucurri ere/cursum su. verbum neutrū. vnde verbalia. ¶ Nota ꝙ curro ⁊ omnia composita ab eo faciūt preteritū in curri/et supina in cursū su. Itē curro geminat primā syllabā in p̄terito vt cucurri. sed nullū eius compositū geminat preter precurro qđ sepe geminat. vt Johānes p̄cucurrit citius petro. Itē curro ⁊ eius composita sunt neutra. exceptis p̄curro ꝓ preuenire. ⁊ trāscurro ꝓ transire que possunt esse actiua. ¶ Moueo es/moui ere/motū tu. i supino. id est motum facere. Unde verbalia motoꝛ motrix. et hec motio onis: ⁊ hic ⁊ hec mobilis et hoc mobile. Nota ꝙ moueo es et eius composita sunt actiua: et faciunt preteritū in moui et supina in motū: ⁊ oīa corripiunt in p̄senti tempore hāc syllabam mo: sed in preteritis et i supino eam ꝓducit. ¶ Construe. Ambulo vel gradioꝛ. ⁊c. significant idem qđ spacioꝛ vel pro et. itinero/et ꝓficiscoꝛ additur his supple verbis que ponuntur in priori versu: et iunge scꝫ predictis verbis: hec verba scꝫ tendo/et mouere. i. moueo cum hoc verbo curro.

Uado dis. cum deriuatiuis Uadum.
Uades
Uadium
Uado as
Uadioꝛ
Uado vadis cū compositis
Deambulo.
Pergo
Spacioꝛ
Itinero
Proficiscoꝛ
Constructio

Amussis.

Amussis perpendiculum quod regula signat
Hinc examussum quod dicitur indubitanter
Musso dum dubito mussto dum murmuro dico

Dum stolidum stolido lumine respicio:

¶ Autor docet hic q̈ ista tria nomina amussis/perpendiculum/et regula cõuenunt in significatione. et dicit q̈ amussis sis/si. est plumbum vel plumbata cimentariorum qđ dimittitur a sursũ vsq; deorsũ ad percipiendũ equalitatẽ parietis. et dicitur ab a quod est sine et musso as quod est dubitare: quia reddet commentarium idubium id est certum quomodo parietem dirigat et coquet ¶ Perpendiculum li. a perpendo is dicitur. id est amussis. Item perpendiculum est illud vnde lebetes feruntur id est suspenduntur (anglice a hengell.) ¶ Hec regula le. a rego gis. quia regit: dirigit equalitatem muri. ¶ Hinc examussium. hic dicit q̈ examussum est idem quod indubie vel indubitanter: ⁊ componitur de ex et amussis. ¶ Mussio dum. hic docet autor q̈ musso as equiuocatur ad tria. nam massare. id est dubitare vel murmurare cum silentio ⁊ mussare est respicere indignanter vel stolidum vel toruo vultu aliquem stultum dum quis stulte fecerit. Amussis Perpendiculũ Regula. Musso

Obliquo/sinuo curuo simul arcuo limo
Omnibus his verbis sensum dedit vsus eundem
Sic lento: flecto sensu comprehendis in vno.

¶ Autor docet hic quot sunt verba idẽ significãtia cum hoc verbo arcuo as. dicens q̈ ista. ¶ Obliquo as/aui/are. verbũ actiuũ cõponit᷑ de ob/ ⁊ equo q̄s aui/are. vñ obliquus a um. ⁊ hec obliquitas tatis. ¶ Sinuo as aui/are. dr̄ de hic sin⁹ nus nui. ¶ Curuo as/aui/are. cõponit᷑ de curuo as. i. deorsũ curuare. verbũ actiuũ. vnde curuus a/um. ¶ Arcuo as/aui/are. arcus cus/cui. dicitur ¶ Limo as/aui/are. actiuũ de hec lima me dicit᷑ verbum actiuũ. ¶ Lẽto tas aui/are. de lentus a/um. quod idẽ est quod hic et hec flexibilis et hoc le. ¶ Flecto tis/flexi re/flexum flexu i supinis actiuum. Et componitur reflecto tis. Deflecto tis. omnia sunt actiua et faciunt preterita in xi. et supina in xum ¶ Construe. vsus dedit omnibus his verbis eundem sensum: his verbis dico obliquo. ⁊c. sic comprehendis lento flecto in vno sensu cum predictis. Obliquo. Sinuo. Curuo Arcuo Limo Lento. Flecto Constructio

Conflictus: bellum: congressus: et ala: duellum
Obdio mars atq; rebellio prelia pugna
Sunt acies guerra predictis associanda. Ala

¶ Autor docet hic quot sunt nomina synonima cũ isto noie hec ala le. i. bellũ dicens q̈ ista que sequunt᷑. ¶ Hic cõflictus tus/tui. dicit᷑ de con/ ⁊ frigo gis. cõfluxi ere/cõflictũ tu/in supinis. i. pugnare bellare. Bellũ dicit᷑ de bonus a/um per antifrasim: q: bellũ non est bonũ: cõponitur cũ gero ris. ⁊ dicit᷑ belliger a/um. et cum in. et dicitur imbellis et hoc imbelle. i. debilis nõ aptus ad bellãdũ vel imbellus. a/um. ¶ Hic cõgressus sus/sui dicitur de congredior ris. i. pugnare. ¶ Hec ala ale. de alo lis/lui/ere dicit᷑. Hoc duellũ li. cõponit᷑ de duo et hoc bullum li. Unde duellum bus si dubellum. i. duorum bellum. ¶ Hec acies ei/ dicitur de acuo is. et tria significat. nam acies est rei summitas: acies oculorum acumen acies exercitus. eo q̈ armat⁹ acies armis eat ad bellũ. ¶ Hec guerra re. vnde guerro as/aui/are. pugnare. Conflictus Bellum Imbellus Congressus Ala Duellum Acies Guerra

Bellus

Bellus/formosus procerus et speciosus
Preclarus/nitidus pulcer/pariterqz decorus
Splendidus egregius forma:facieqz venustus:
Multorum procerum corpus decet esse proceruz
Est procerum vere procerum corpus habere.

Formosus. Procerus. Preclarus. Nitidus Decorus.

¶ Peracto superius competenter de synonymatione et cosignificatioe dictionum que ab a littera inceperūt. hic autor intēdit agere de synonymatione dictionum que incipiunt a B. Et primo docet quot sunt nomina synonyma cuz isto nomine bellus a/um. i. pulcer a/um. Et deriuatur a bonus a/um. i. aliquantulum bonus: dicens q ista. ¶ Formosus a/um. et dicitur de forma me. ¶ Procerus ra/rū. componitur a procul et hec terra re. ¶ Speciosus a/um. et dicitur de hec species ei. ¶ Preclarus a/um. et componitur de pre et clarus. ¶ Nitidus a/um. et dicitur de niteo tes. ¶ Pulcer a/um. et dicitur de hec pellis lis. id est cutis. ¶ Decorus a/um. et dicitur de decor oris. ¶ Splendidus a/um. et dicitur de splendeo es. ¶ Egregius a um. componitur de prepositione ex. et hic grex quasi extra gregem. ¶ Uenustus a/um. de hec venus ris. id est luxuria.

Dria inter procerū et pcerum.

¶ Multorum. etc. hic ponit autor differentiam inter procerum media correpta et procerum media producta. Procerum cuius media corripitur. est genitiuus casus istius nominis in plurali numero. Nominatiuo hi proceres. Genitiuo horum procerum. Datiuo his proceribus. Proceres idem q nobiles. Et dicitur de pro quod est procul: et hec caries ei. id est turpitudo vilitas: quasi procul a carie. Procerum cuius media producitur est accusatiuus casus de hoc nomine procerus ra/rum. Et potest esse nominatiui vel vocatiui casus.

Constructio

Quia vbilibet producitur ce. in procerus ¶ Construe. Decet. id est decens est corpus multorum procerum id est nobilium: vel generosorum virorum: esse procerum id est pulchrum. ¶ Est procerum. hic maior differentia inter predicta nomina q superius ponitur: quia ponit differētiam inter procerum cuius due prime syllabe corripiuntur: et procerum cuius due prime producuntur.
¶ Nota q pro. quando stat pro procul in compositione corripitur/ et quādo stat prepositionaliter semper producitur vt superius ponitur ambobus modis ¶ Construe. Est. id est pertinet (anglice it befalleth) horum procerum. id est nobilium: habere corpus procerum id est pulcrum.

Est fortunatus felix faustusqz beatus
De trans atqz beans trabeam dic et trabeatum.

Beatus. Felix Faustus

¶ hic autor docet q ista noīa cōueniunt in significatione cū hoc nomine beatus a/um. i. fortunatus a um. Et dr de fortuno as/aui. ¶ hic et hec et hoc felix cis. Et cponitur infelix cis. vñ feliciter felicissime/aduerbia. et hec felicitas tatis ¶ Faustus a/um. et dicitur a foueo es. i. ille cui fortuna accidit vel fauet. vñ fauste faustius aduerbia: et hec faustitudo inis. i. felicitas: et cōponitur infaustus a um. i. ifelix. ¶ Beatus a/um. et dicitur de beor aris: atus sum beari. ¶ De trās etc. Autor hic docet q trabea bee. est vestis regalis vel imperialis: et dr a trās

Trabea

beo as. et illud de trans et beo as. vnde trabeatus a/um. i. trabea indutus. Uñ legitur q dominus noster Jesus indutus fuit trabea carnis. id est regia veste carnis. ¶ Satis facilis est con[illegible]tio. Cōstrue secundū versum sic. Dic trabeam supple diriuari de trabe[illegible]

Res eciem femoralia sunt/perizomata/bracce
A bracys braccale venit/lumbareqꝫ lumbus

Autor docet hic. ꝙ iste dictiones perizoma: et femoralia eiusdem sunt signi ficationis cum isto nomine he bracce/arum. Perizoma declinatur hoc peri zoma/atis. Et componitur de peri: quod est circū: et zoma. id est corpus: quasi circumueniens corpus. Et est vestis vt dicit Hug. antiquissima scilicet succin torium. Femoralia quo genitalia tantum teguntur. Alij dicunt. ꝙ sit tunica folijs consuta: qualem fecit dominus Ade post lapsum. Hoc femorale/lis dr de hoc femur/ris. i. crus/vel vsqꝫ ad femora descendit. He bracce/arum dr a braco grece: quod est breue latine. quia breues vestes sunt. Hoc brac cale/lis. Et hoc lumbare/ris. idem sunt scilicet illud quod ponitur in braccis/ vel circa lumbos: cui ligule ligantur pro caligis sursum ligandis. Et dicitur braccale a braccis. Lumbare a lumbis.

Perizoma.
Femorale.
Bracce
Braccale.

Fiber idem castorqꝫ/beuer castoria cuius
Fiunt testiculi castratos dicimus esse.

Autor docet hic. ꝙ ista nomina hic fiber/bri. hic castor/oris. sunt eiusdem significationis cum hoc nomine beuer/beueri. media correpta. Hic fiber/ dr a findo/dis/di/dere. i. scindere. Quia dum venantores insequantur eum/ findit testiculos suos. i. abscindit: qꝛ medicinales sunt. Hic castor oris. me dia correpta in genitiuo. Iuxta illud doctrinalis. Format oris rhetor memor arbor neutraqꝫ castor. Et dicitur castor: de castro/as. qꝛ castrat seipsum. vt di ctum est dū sentit venatores sequaces sciens se fugari propter testiculos. vn de hoc castorium rij medicamen: quod fit de testiculis eius. Et adiectiue de clinatur castoreus a/um. aliquid pertinens ad castorem.

Bener.
Fiber
Castor
Castorium

Dragma bisanci⁹ est mna vel aure⁹ atqꝫ talētū
Sed dragma proprie speciem dic ponderis esse

Autor docet hic. ꝙ ista noia dragma/aureus/et talentū cōsignt vnam rem cū isto noie hic bisantius/tij. Et est quidā nūmus aureus: sicut nobile/fran cus/muto/florenus: et hmōi. Hec dracma/me. et scribit per c/ſm Huguti. et est proprie species ponderis. i. octaua pars vncie. Sed dragma/tis. per g/in genitiuo est questio siue interrogatio. Hic bisancius cij, dr de Bisantio ciui tate quadam: que nunc dicitur constantinopilis. et adhuc bisantius mone ta illius ciuitatis dicitur. Mna/mne. scribitur cū tribus litteris. Et Na est imperatiuus modus de no/nas. vnde in accentuario. M vult nomen Mna Na verbum non habet illam. Hic aureus rei. et potest declinari adiectiue au reus/a/um. et dicitur de hoc aurum/auri.

Bisancius
Dracma hec
Dragma hoc

Mna
Na impatiuus
Aureus.

Est neutrū dragma cui dragmatis est genitiuus
Questio dragmaticū dicas genus esse loquendi.

Autor dicit hic. ꝙ dragma faciens gen[illegible] dragmatis. neutri generis est questio. ut supra docetur. Unde dragma[illegible] cum. i. interrogatiuus. Un

quoddam genus loquendi dicitur dragmaticum: quia fit interrogatiuū et responsiuum: et proprie per personas introductas: vt in Therentio.

Boletus. Unum significant boletus tubera fungons
Quos fructus terre faciunt tonitrus pluuieqꝫ
Additur asperagus: his sensus conuenit vnus:

Boletus
Tuber
Fungus.
Asperagus

¶ Autor docet hic. ꝙ hec nomina hic boletus/ti. hoc tuber/ris. hic fungꝰ/gi. hic asperagus/gi. sunt idem in significatione. ¶ Hic boletus/ti. dicitur de hic bolus/li. ¶ Hoc tuber/ris. a tumeo/es. dicitur: quia ex tumore terre procedat Et dicātur tubera: quasi tumera. i. quasi tumores terre. Et sepe ponitur pro tumore. Et pro peccato generaliter. Unde tuberosus/sa/sum. i. tuberibus plenus/inflatus/superbus. Hec tuberositas/atis. i. inflatio/superbia. ¶ Hic fungus/gi. dicitur a fungo/gis. secundum vocem: sed fungor/ris. secūdum significationem. Unde Marcialis cocus. Defungi fungis hominē crassiue negabas. Boleti leti/causa fuere mei. i. defungor/ris. idē ꝙ maior/ris. ¶ Hic asperagus/gi. vt dicit. hugui. dictus est: quia spinosus/⁊ asper est frutex eius quedam herba. Et etiam dicitur quidam piscis paruus: sed optimi saporis. Et etiam boletus dicitur.

Balsamus est arbor sunt balsama dicta liquores
Arboris emanant opobalsama cortice ceso
De foliis effecta scias folibalsama tritis.
Trita vel incisa faciunt calobalsama ligna

Balsamus.
Balsamum.
Opobalsamū.
Folibalsamuz.
Calobalsamū.
Xirobalsamuz.
Xilobalsamū.
carpobalsamū

¶ Autor ponit hic differentiā int̄ hic balsamus/mi. ⁊ hoc balsamū/mi. ⁊ opobalsamū/mi. folibalsamū/mi. ⁊ colobalsamū/mi. ¶ Hugui. dr̄. hec balsamus mi. est arbor crescēs. vn̄ hoc balsamū/mi. lignū vel fructus / vel liquor/oris. Et ꝯponit̄ cū opo/qđ est māsio/vl̄ cauerna/vl̄ cortex: ⁊ dr̄ opobalsamum i. liquor manans de incisione corticis: qui per cauernas eximij odoris guttas distillat. Itē ꝯponitur cū foliū/⁊ dr̄ folibalsamū. i. foliū balsami. liquor manās de folijs tritis illius. Item componit̄ cū calo: quod est lignum: ⁊ dr̄ calobalsamū. i. lignū balsami/vel liquor manans de ligno eius trito. Itē dicit̄ xilobalsamū. ab xilo: quod est lignū. Item componitur cū xiros/vel carpos. quoruz vterqꝫ interpretat̄ fructus: ⁊ est carpobalsamū/vel xirobalsamū fructus siue semen balsami: vel liquor q̄ fit ex eiꝰ fructu/siue semine.

Notabile de balsamo

¶ Nota ꝙ multiplex ergo vnguentū balsamus affert. Primū est ⁊ preciosius alijs qđ spōte manat de folijs: ⁊ illud vocat̄ balsamū. Scđm est carpobalsamū vel xilobalsamum Tertiū est opobalsamū. Quartū filo balsamū. Quintū colobalsamū/vel xilobalsamū: ⁊ ꝓbat̄ ita si ferat̄ in manu ꝯtra solem purit carnē: si nō tūc est corruptus. Et a balsamus: balsamatꝰ a/um. i. balsamo iunctus. Et pōt esse participiū. nam balsamo/as. est balsamo iungere: ⁊ est actiuum. et componit̄ cū in/et dicitur inbalsamo/as. i. valde balsamare: ⁊ est simpliciter actiuum.

Bacchus Est bacchus vitis sator eius baccha sacerdos
Uiuunt insanie qui bacchanalia viuunt.

Quemlibet insanum bacchari dicimus inde.

Est thorus & stratum lectū thoreuma grabatum
Accubitus his dormitoria iunge cubile

Thorus ¶ Ista nomina idem significant hic thorus ri. et dr̄ a torqueo es. hoc stratū ti. de sterno nis straui. sternere dr̄ ¶ hic lectus cti. de lego gis dicit̄. vnde hic lectulus li. diminutiuū: et hec lectica ce. currus ī quo sternitur lectus: vel dicit̄ lectica scd̄m quosdam a lectis herbis. et est idē quod thorus. ¶ hoc thoreuma tis. et est nomen grecum. ¶ hoc grabatum ati. et dicitur a grabaton greGrabatum ce quod est caput latine. hic accubitus tus/tui. de accumbo bis. hoc dormitorium rij. de dormio mis dicitur. hoc cubile lis. dicitur de cubo as/aui/are.

Luna.

Phebe vel luna tytania cynthia mene
Ac nouitas luna neomenia dicitur esse

¶ Ista nomina vnum et idem significāt. hec phebe bes. hec luna de luceo es
Tytania dicitur. ¶ hec tytania nie. dicitur de tytan tanis/quod est sol. ¶ hec cynthia
Mene e. de cynthius tij/quod est sol dicitur. ¶ hec mene dicunt grece vbi nos dicimus luna. Et mene prout est luna componit̄ de neos grece quod est nouum latine: et dicitur hec neomenia nie. i. nouitas lune vel noua luna: quā nos alio nomine nouilunium appellamus: de nouus a/um. et hec luna lune.

Cartula vel carta codex liber atqꝫ libellus
Si breue longari licet et longum breuiari
His codicillus coniungitur atqꝫ volumen

Carta ¶ Ista noīa sunt eiusdē significationis. ¶ hec carta te. et dr̄ de careo es. eo ꝙ caret pilis ⁊ carne. Uñ hec cartula le. diminu. hic codex cis. vñ hic codicillus li. ⁊ dr̄ codex de hoc noīe codex cis. qđ est trūcus qđ dr̄ de codex quod est idē
Notabile ¶ Et nota ꝙ codicillus non pōt stare in versu quia ista syllaba di/est breuis ⁊ stat inter duas syllabas co/et ci/et iō non pōt in versu stare ⁊ ideo excusat se
Liber autor cū dicit. Si breue longari. ¶ hic liber bri/dr̄ de liber a/um. vnde hic libellus li/diminutiuū. hoc volumen inis. de voluo is/volui voluere volutū tu.

Gusta libellum visu commendo libellum

Libellum ¶ hic ponitur differētia inter hoc libellum cuius prima producitur: ⁊ libellū cuius prima corripit̄. Libellū cuius prima longatur est diminutiuum de hoc libum et est libum quidam panis: sed libellum cuius prima producitur est accusatiui casus huius nominis hic libellus li. quod est paruus liber.

Subligar et ligula caligas quia subligat alte

¶ Ista duo noīa hoc subligar ris. de subligo as. ⁊ hec ligula le. de ligo as. significant idem.

Iunge luto scenū q[illegible] bus addo volutabra limū.

Cum sterquilinio predictis adiice fimum
Hinc scenolentus illimis dicitur inde

¶ Ista nomina sunt eiusdem significationis. hoc lutum/luti. et dicitur de luo/luis. hoc scenum/sceni dicitur de hec cena. ¶ hoc volatubrum/volatubri. penultima correpta de voluo/voluis. et proprie volutabrum est illud in quo porcus inuoluit se. ¶ Limus/limi. de hic et hec leuis et hoc leue dicitur. Et componitur cum in/et dicitur hic et hec illimis et hoc illime. id est purum: mundũ et sine limio. ¶ Item scenum componitur cum lentus quod est plenum: et dicitur scenolentus/ta/tum. ¶ hoc sterquilinium/linij. stercus vel locus plenus stercoribus. Et dr̃ sterquiliniũ a stercus/oris et stercus a sterno/nis.

Lutum. Volutabrum Limus Scenum Sterquilinium.

Dic mare/dicqꝫ salũ/dic equora/dicqꝫ profundũ
Dic pelagus/pontũ/freta/iungas et bitalassum
Dic amphitritem/qui circuit et terit orbem

Mare

¶ Ista nomina sunt eiusdem significationis cum hoc nomine mare/ris. et dicitur a meo/as/aui/are. quia continuo meatu. id est trãsitu est. ¶ hoc salum/li. a sal/salis. quia aqua maris est salsa. ¶ hoc equor/ris. dicitur de equus/a/um. quia eius superficies equa est. id est equalis. nulla procella mouente mare. Similiter mare dicitur altum. quia altum est et profundum. ¶ hoc pelagus/gi. de pello/is. dicitur: quia pellitur huc et illuc per procellas et tempestates. ¶ hic ponthus/thi. a pons/tis. dicitur per contrarium: qr non possit pontari. i. habere pontem. ¶ hoc fretum/ti. i. mare. Et dr̃ fretus/a/um. impauidus/tutus per contrarium/quia fretum reddit pauidum ¶ hoc bitalassum/si. i. duplex mare: vbi duo maria concurrunt. Et dicitur de bis/et talasim grece quod est mare latine. ¶ hic amphitrites/tis. dicitur ab amphi: qđ est circum: et trites quod est tritor: quasi circumtritor orbis: et est grecum nomen. Unde Ouidius. in primo methamor. Nec brachia longe. etc̃. Margine terrarum porrexerat amphitrites. Et est versus spondaicus.

Salum Equor Pelagus Ponthus Fretum. Bitalassum Amphitrites

Est meretrix scortum thays lupa capra chimera
Post nonam prostans nonaria iungitur istis.

Meretrix

¶ Ista nomina sunt eiusdem significationis hec meretrix/cis. Et dicitur meretrix: quasi meretrica. i. clara trica. id est plica vestis. Sed ethimologia est. Componitur enim meretrix a merces/cedis. et trico/tricas. i. impedio/dis. et dicitur meretrix quasi pro mercede hominem tricans. id est impediens. Uel deriuatur de mereor/mereris. quia meretur precium libidinis. ¶ hoc scortũ/ti. a scortes/tis. quod est pellis arietis. Uel dicit̃ a scorton grece: quod est dulce latine. ¶ hec thays/idis. proprium nomen cuiusdam meretricis: et nunc ꝓ omni meretrice accipitur. ¶ hec lupa/lupe. similiter dicitur meretrix. ¶ hec capra/capre: quia fetet vt capra. Et chimera dicitur meretrix. Unde quidam Omnis reuera meretrix est dicta chimera. Parte leo prima/media caper/anguis in ima. Non moror cetera exponere. quia sensus patet intelligenti.
¶ hec nonaria/nonarie. est meretrix prostans in nona vel post nonam. Prostrare verbum meretricum est. nam meretrix prostat ante hostium prostibuli parata cuilibet commisceri.

Scortum Thays Lupa Chimera.

Gausape mensale mappas manutergia dicas
Addas mantile manibus quasi tela vocamus

Gausape
Mensale
Mappa.
Manutergiuz.
Mantile

¶ Ista nomina idem significant. hoc gausape pis. et dicitur de gaudium et sapio/pis. ¶ hoc mensale/lis. de hec mensa/se. dicitur. quia tegit mensam quando comedimus. ¶ hec mappa/pe. de manus: et pio/as. quia piat .i. mundat manus. ¶ hoc manutergium/gij. de hec manus: et tergo/gis. et est proprie manutergium quo manus tergimus. Et potest dici mensale. ¶ hoc mantile/lis. dicitur de manus: et hec tela: quasi tela pro manibus.

Miles eques tyro tyrunculus atque quiritis
Atque neoptolomus nouus est regnator in istis.

Miles

Eques
Tyro.

¶ Ista noia significant vnum et idem cum hoc noie miles communis generis. Unde Ouidius in epistolis. Nescio que subito faceret mihi causa doloris. Et rudis ad partes: et noua miles eram. Et dicitur miles a mille: quia olim mille milites erant in numero. ¶ hic et hec eques/tis. i. miles. de equus/equi dicitur. ¶ hic tyro/onis. dicitur de tyro grece: quod est fortis latine. Et est tyro nouus miles nouiter ad militiam electus sic dictus: quia fortis ad hoc officium solet eligi: vel quia ad querendum probitatem se angustiat laborando per diuersa regna. Unde et tyro grece: dicitur angustia latine. Et de tyro hic tyrunculus/li. et hoc tyrocinium/nij. noua militia officium tyronis/rudimentum/initium/nouitas militie. ¶ hic quiris/tis. dicitur de quirinus/ni. i. romulus qui condidit romam/ et proprie quiris: ciuis romanus dicitur quiris. ¶ hic neoptolomus/mi. dicitur a nouos quod est nouum: et ptolomus miles: quasi nouus miles. Uel a neos nouum: et tholomo regno: quasi de nouo regnans: et neoptolomus dicebatur pyrrus filius achillis.

Maceria

Materiam vel materiem dic esse domorum
A pariete venit paries qui iungitur istis
Sed muros proprie vel menia dicimus vrbis
Dicitur ac vallum palis cum vimine factum
Hinc inuallare res est includere vallo.
Sepibus septis includitur ortus et aruum
Indago syluas syluisque latentia claudit
Hinc indagare res expl[illegible]are latentes.

¶ Ista noia sunt idem in generali. sed differunt in speciali. hec maceria/rie. vel maceries/ei. dicitur a macron: quod est longum. ¶ hic paries/tis. de par/ris. i. equus. Et proprie ista noia pertinent ad domos: et mansiones includendas. ¶ hic murus/ri. Et hec menia/orum. dicuntur de munio/is. pro defendere: et proprie sunt vrbis vel ciuitatis quas muniunt. i. defendu[illegible] ¶ hoc vallum/li. de vallus/valli. Et est vallus. id est palus. scilicet lignum [illegible] quod figitur in terra (anglice a stake)

de validus a/um. quasi validus palus. Et hoc vallum li. concathenatura q̄ fit de palis super aggerem. Vel vallū est ipse agger scʒ illud molle qd̄ e terra erigitur vt custodia pretendat. Et est vallum inter murum ⁊ fossam: sic vallū li/est locus munitus per vallos. i. palos. Unde Galterus i alexādreidos. Non opus est vallo id est castro. ¶ Nota versus differentiales vallorū. Est vallus palus circa castrū preacutus. Nexio palorꝝ sibi mutua sit tibi vallum id est locus qui muniit talis connexio virgarum dicitur vallum. ⁊ de vallo dicit vallo as/are. id est munire cum vallo: et invallo as: id est intus vallere/includere. ¶ Hec seps sepis: et hoc septum ti. dicuntur de sepio sepis sepiui. Et sunt ꝓpe sepes et septa munitiones facte circa ortos et arta sata cum virgis et viminibus vel spinis. ¶ Hec indago inis. proprie est inquisitio vel interrogatio: sed hic ponitur pro munimine facto circa syluas et portas. Et dicitur de indago as/aui/are. i. inquirere/explorare res latentes. Vallus Vallum Seps. Septum Indago

Intima/insinuat/enucleat atq; reuelat
Designat/tetigit/edisserit atq; retexit
Publicat et pandit/enodat atq; serenat
Nunciat/exponit/elucidat atq; serenat
Explicat extricat declarat et manifestat
Exprimit et referat/propalat et indicat atq;
Notificat verbis his sensus conuenit idem
Expedit euoluit aperit nudatq; recludit.

¶ Omnia ista verba sunt eiusdem significationis cū hoc verbo manifesto as are. qd̄ dicitur de manifestus a/um. Intimo as/aui/are. de in/et time grece: qd̄ est mēs latine. ¶ Insinuo as/aui/are. de in/et sinuo as/cōponitur. ¶ Enucleo as/aui/are. de e/prepōne et nucleo as/are: quod dicit de hic nucleus clei. Reuelo as/aui/are. de re ⁊ velo as are. ¶ Designo as/are. de de/⁊ signo as. vn de Horatius. Quid non ebrietas designat aperta recludit. id est quid est ita secretum qd̄ ebrietas nō reuelat. Iuxta illud. Ebrius insipiens pueri dicent tibi verū. ¶ Retego gis/retexi. de re/⁊ tego gis. ¶ Edissero ris/rui. de re/⁊ dissero ris. Retexo is. de re/⁊ texo is texui. Publico as. de publicus a/um. i. publicū facere. ¶ Pando pandis pandi re. passum passu i supinis. ⁊ scdʒ aliquos pansum pansu i supinis. Enodo enodas de e/⁊ nodo as. ¶ Promo mis prompsi promere promptū promptu in supino. Et componitur depromo/expromo. ¶ Edo edis edidi edere. de e/⁊ do das. ¶ Nuncio as/are. de nuncius cij. ⁊ cōponitur a nuncio as. Denuncio as. Renuncio as/are. ¶ Expono nis/exposui exponere: de ex ⁊ pono ponis posui dicitur. ¶ Elucido as/are. de e/⁊ lucido lucidas. ¶ Sereno as/aui/are. de ser[illegible] ¶ Explico as/explicui vel explicaui. de ex ⁊ plico as. ¶ Extrico cas/a[illegible] de ex/⁊ trico cas. id est impedire tardare/morari. ¶ Declaro declaras [illegible] declaraui declarare. de de/⁊ claro as. quod non est in vsu. ¶ Exprimo exprimis expressi exprimere expressū expressu in supino: de ex/⁊ premo premis dicitur. Refero as. de re/et fero as. dicit ¶ Propalo as/propalaui propalare. id est aperte vagari secūdum Papiam. Indico as/aui/are. de in ⁊ dico dicas dicitur. Notifico as/aui are. dicit de notum ⁊ facio facis. Expedio expedis exped[illegible] expedire. id est manifestare. Manifesto. Intimo. Insinuo. Enucleo Designo Pando Promo Nuncio cū cōpositis Extrico. Declaro Propalo Expedio.

Euoluo
Aperio

Unde Persius in prio. Quis expediuit psitacū suū chere. id est manifestat ¶ Euoluo euoluis euluere componitur de e/et voluo voluis volui:voluere volutum volutu in supinis dicitur. ¶ Aperio aperis aperui:de ad et perio peris Nudo as/nudaui nudare de nudus a/um dicitur. Recludo recludis reclusi/recludere:de re et claudo dis/clausi.

Morior

Interit expirat moritur defungitur atqȝ
Occumbit vel obit: dissoluitur examinatqȝ
Excidit exalat: discedit eis sociatur
Interit occumbit mortem signant violentem
Ad naturalem concordant cetera mortem
Et potes illud idem complexa dicere voce
Tollitur e medio/nature debita soluit
Nature nostre soluit generale tributum
Clausit presentem supremo funere vitam
Carcere corporeo resolutus spiritus exit
Mortuus est mundo victurus postea christo

Intereo
Expiro
Defungor
Occumbo.
Obeo.
Examino
Excido
Exalo.
Decedo.

¶ Vel prosaice sic. Presentis vite cursum feliciter terminauit vel ꝯsummauit Vel sic. De corporeo spiritus se relaxauit ergastulo. Hic ponūt verba eiusdē significationis cū hoc verbo morior eris vel iris. mortuus sū mori vel moriri. Et primo docet quot modis pōt dici iste hō morit: et hoc primo vnico verbo. Secundo rōne metrica: ⁊ tercio rōe prosaica. Primo ibi. Interit. scđo ibi. Tollitur e. Tercio ibi. Presentis vite. ⁊c. ¶ Intereo is/interiui vel interij interire. componit de inter ⁊ eo is. ¶ Expiro as. de ex ⁊ spiro. i. morior. ¶ Nota ꝙ morior scđm Hug. fere vbiqȝ inuenit scđm terciā ⁊ quartā ꝯiugationē: ⁊ caret supino. deberet ei facere mortū: qđ exigit mortuus: vel moritū tu. qđ exigit moriturus: neutrū tñ est i vsu. Unde mortuus a/um cōponit semimortuus a/um ex parte mortu⁹. Et dr̄ morior de mors tis. et est deponens. ¶ Defungor ris. defunctus sū defungi: de re ⁊ fungor deponens. ¶ Occumbo bis/bui/bere/bitum tu. de ob et cūbo bis. Et docet autor ꝙ ista duo verba scȝ interit et occumbit significāt mortē violentā vel a vi illatā: [illegible] aliquis submergit vel suffocat vel cōburit vel trucidat vel hmōi. Oīa alia significant mortē que accidit naturaliter homini. ¶ Obeo bes/biui/ire. vel obij. de ob ⁊ eo is cōponit. Dissoluor ris/dissolut⁹ sum. dissolui verbū [illegible] de dissoluo is. ⁊ ꝯponit de dis et soluo is. ¶ Examino as/aui/are. [illegible] neutrū pro mori: i alia significatiōe ꝓ interficere est actiuū: ⁊ componit [illegible] animo as: qđ dicit de animus mi ¶ Excido is/cidi/cidere. media cor[illegible] caret supino. componit de ex/et cado dis. ¶ Exalo as/aui. est ꝓprie expirare/exufflare. Uñ Uirgil. Animā medios exalat in ignes. ¶ Decedo dis/cessi/dere. de de/⁊ cedo cedis componit. ¶ Postea docet quomodo sententia cuiuslibet verbi positi potest dici in oratione metrica. ⁊c. Tollitur e medio id ē isto mūdo qui est medius inter celum et terram. Uel sic. Nature debita [illegible] quia (teste Horatio) cuncta suum repe

tunt. Uel sic. Iste clausit vitam presentem supremo funere. id est vltima morte Uel sic. Spiritus resolut⁹ a carcere corporeo exit. id est decedit. Uel sic. Iste est mortuus mundo. Uel sic. Decessit mundo victurus postea christo: prosarce presentis vite. ¶ Consummo/consummas/consummare. id est terminare: finire/perficere/ad effectum deducere. ¶ hoc ergastulum/ergastuli/lo. id est carcer corporis in quo anima in hac vita tenetur tanq̄ in carcere. Et dicitur ab erge quod est labor et stolon missio. Et est carcer ad quem relegati mittebantur: et ibi continue laborant operantes omnia sibi iniuncta. Ergastula dicuntur vincula et compedes: quibus illi qui erant in ergastula ligabantur.

Notabile

Cosummo

Ergastulum.

Funus et exitium letum mors excidiumq̄
Adde necem vel perniciem simul et libitinam
His obitum simul interitum coniungito fatum
Quod minime libeat sic est libitina vocata
His exterminium simul occasum sociamus:

Mors

¶ Ista nomina sunt eiusdem significationis cum hoc nomine mors/mortis. quod dicitur de mordeo/mordes. ¶ hoc funus/funeris. Et dicitur a funis/funis. q̄ est proprie cadauer sic dictū a funibus accensis. id est candelis quos ante feretrum ante vsum papyri reges cera circundatos ferebant. ¶ hoc exitium/exitij. de exitus/exitus/exitui. ¶ Letum/leti. de leo/les. id est deleo/deles. quia delet vitam. hoc excidium/excidij. de ex: et cido/cidis. dicitur. ¶ Necis/neci/necem/a nece. cuius nominatiuus non est in vsu. quem tamē posuit Ambrosius super egesippum dicens. Et erat mortuorum nex plurima. Et dicitur de neco/necas/necaui/vel necui/necare. ¶ hec pernicies. et dicitur de perneco/pernecas. ¶ hec libitina/libitine. de libeo/libes. per contrarium: quia minime libet. Item libitina inuenitur ꝓ feretro quo mortuus deportatur. Et libitina est dea libidinis: ⁊ tunc dicitur de libido vel libet. ¶ Obitus/tus/tui. de obeo/es. dicitur. ¶ hic interitus/tus/tui. de intereo/is/interiui/vel interij. ¶ hoc fatum/ti. a for/faris/fari dicitur. ¶ hoc exterminiū/nij. de ex: et hic terminus/ni. ¶ hic occasus/sus/sui. de occido dis. quod de ob: et cado/cadis. dicitur. id est componitur.

Funus

Exitium

Letum.

Nex

Libitina.

Obitus

Exterminium.

Est linter lembus scapha prora liburna phalelus
Nauis nauicula puppis ratis atq̄ carina
Et cum classe sclataria vel motoria celox
Cymba biremus eis coniungitur atq̄ triremus
Quam regit ordo triplex hanc dicimus triremū
Quam regit ordo duplex dicimus esse biremium

Nauis.

¶ Ista noīa vnum et idem significant cū hoc nomine. hec nauis/uis. dicitur

de no/nas/naui/are. Unde hec nauicula/le. et hec nauicella/le. ambo diminutiua. hic et hec naualis et hoc nauale. locus vbi naues stant scilicet portus: vel locus vbi fabricantur: hoc textrinum vocatur: et hoc naulum preciū pro transmeatione datum. ¶ hic linter/tris. a limo/mis. i. nauicula. quia vadit super aquam quasi limendo. ¶ hic lembus/lembi: a lego legis: dicitur. hec scapha phe. habet nomen quod vulgus imposuit. hec phaselus/li. feminini generis. a phase: quod est transitus dicitur. Unde Lucanus. Tenui sufflata phaselus ¶ hec prora/re. est prior pars nauis. Et dicitur de prior. hec puppis/pis/pi. est posterior pars nauis. Ponuntur tamen aliquando prora et puppis pro tota naui. ¶ hec liburna/ne. a liburno quodam populo dicitur. ¶ hec nauicula/le. de nauis. dicitur. ¶ hec ratis/tis/ti. de ratus a/um. ¶ hec carina/ne. dicitur de caries/ei. Uel carina quasi currina. a curro/ris. dicitur. ¶ hec classis/sis. i. multitudo nauium. Et dr̄ de calon quod est lignum. ¶ Sclatarea est genus nauis. id est nauis pyratica: et dicitur de hec clata/te: quod similiter est genus nauis. Motoria/rie. dicitur de moueo/ues/ui/uere. ¶ hec cymba/be. dicitur de cumbo vel de scindo/dis: quia scandit mare: et tunc subtrahitur s. ¶ hec celox/cis. a celeritate dicitur. (anglice a balynge). ¶ hec biremis/mis Un̄ Lucanus. Quem contra nō longa vecta biremi. Appulerat scelerata manu. &c. Et est biremis nauicula habens duplicem ordinem remorum. Triremis est nauis habens triplicem ordinem remorum. de tris: et remus componitur.

Linter. Lembus. Prora. Liburna. Nauicula. Carina. Sclatarea. Celox. Biremis.

Nobilis

Strenuus/ingenuus/illustris idem generosus
Insignis/presignis/et inclitus/egregiusque
Istis patricius preclarius nobilis assit
Debes predictis precliuis addere si vis

¶ Omnia ista nomina sunt eiusdem significationis cum hoc nomine hic et hec nobilis et hoc nobile. quod dr̄ de hic notabilis et hoc bile. ¶ Strenuus/a/um de hec strena/ne. dr̄. Ingenuus/a/um. de in: et genuus. hic et hec illustris: et hoc illustre. de illustro/as. dicitur. Generosus/sa/sum. de genus/eris. dicitur ¶ hic et hec insignis et hoc ne. de in: et hoc signum/ni. ¶ Inclitus/a/um. de in: et cleos quod est gloria dicitur. ¶ Egregius/a/um. de ex/et grex/gis. Un̄ egregius quasi extra gregem positus. ¶ Patricius/a/um. i. nobilis: et vocabātur patricij nobilissimi romani quorum nomina litteris aureis scribebantur: hij et patres propter excellentiam dignitatis fuerunt appellati. Et dicitur patricius. de pater/patris/tri. ¶ Preclarus/a/um. de pre: et clarus/a/um. hic et hec precliuus et hoc precliue. i. valde nobilis. de pre: et cleos gloria.

Strenuus. Generosus. Patricius. Preclarus.

Nemus

Lucus/silua/nemus/vimen/virgulta/viretum
Istis arbustum sociemus ab arbore dictum.
Necto nemus/sylua silo/dat luceo lucus
Lucarius luci custos/lucra quoque lucar.

¶ Ista nomina sunt eiusdem significationis cum hoc nomine hic nemus/ris ¶ hic lucus/ci. et dicitur de luceo/es. per contrariū: quia ibi minime lucet. Uel potest dici lucēdo crebris luminibus: quia ibi lucebant cerei: propter lucis tenebras quia ibi fiebant sacrificia dijs. Unde hic lucellus/li. diminutiuum.

Lucus

¶ Hec silua/ue. a xilon quod est lignum: quia ibi ligna ceduntur. Uel sylua dicitur a xilen quod est vastitas vel silentia: quia in silua sunt loca vasta et deserta: et silentio plena. Iste autor dicit. quod dicitur de sileo/es. ¶ Hoc nemus/ris. secundum istum autorem. de necto/tis. dicitur. secundum hugu. de hoc numen/inis. eo quod est plenum numinibus ibi sacratis et sculptis. Unde nemorosus/sa/sum. Sylua Nemus

¶ Hoc vimen/inis. de vireo/es dicitur. Unde vimineus/a/um. et hoc viminetum/ti. locus vbi vimina abundant. ¶ Hoc virgultum/ti. de hec virga/ge. dicitur. ¶ Hoc viretum/ti. de vireo/es dicitur. Et est viretum locus viriditate plenus scilicet viridarium. ¶ Hoc arbustum/ti. de arbor/ris. dicitur. Hic lucarius/rij. est custos sylue. (anglice a forster) et dicitur de hic lucus/ci. ¶ Hoc lucor/aris. id est precium quod accipitur pro luco/vel pro lignis venditis de luco: vel pro pastura luci. Uel lucar est omne lucrum quod habetur de luco. (anglice palbuage or iustement. Uimem Uirgultum Uiretum Arbustum. Lucar

Retracto/referoque/retexo/recenseo/narro

¶ Uerba ista idem significant quod narro/as/aui/are. Et est narro actiuum: quod componitur enarro/as/aui. renarro/as/aui/are. ¶ Retracto/as/aui/are/dere. et tracto componitur: vel est frequentatiuum de traho/his/retractum/tu. u/in o/ fit retracto/as. ¶ Refero/refers/retuli/referre. de re: et fero/fers. ¶ Retexo is/texui/ere/retextum/tu. in supinis. de re: et texo/is. ¶ Resenseo/es/sui/seusum su. secundum hugu. in supinis de re: et censeo/es. componitur. Narro Retracto Refero Resenseo

Negligit/et spernit/aspernatur refutat
Contemnit/renuit/simul abunit/atque recusat.
Et paruipendit vilipendit in istis

¶ Ista verba idem significant cum hoc verbo negligo/gis. quod componitur de nec et lego/gis. abiecta c/assumpta g/per adiectionem: si enim mutaretur c/in g/oporteret quod g esset de precedenti syllaba: quod non potest esse. vt dicit hug. Sperno/is/spreui/ere spretum/tu. in supinis. Unde hic et hec et hoc spernax/nacis. quod frequenter alios spernit. ¶ Unde hec spernacitas/atis. spernaculus/a/um. i. aliquantulum spernax. Sperno/is/ui/re/spretum/tu. in supinis. componitur cum ad/et dicitur aspernor/aris. verbum deponens in eodem sensu. cum sperno. ¶ Refuto/as/aui/are. de re: et futo as/aui/are. i. arguere/conuincere/confundere. ¶ Contemno/nis/contempsi/re: et contemptum/tu. in supinis. de con: et temno/nis. ¶ Renuo/is/nui/re. de re et nuo/is. Abnuo/is. de ab: et nuo. ¶ Recuso/as/aui/are. de recudo/dis/recudi. recusum/su. u/in o/fit recuso/as. Uel componitur de re: et cuso/as. frequentatiuum de cado/dis. ¶ Paruipendo/dis/di/ere/paruipensum/su. a paruus a/um. et pendo. Et similiter vilipendo/dis/di/re. et nichilpendo/dis. et floccipendo/is. nausipendo. omnia pro contemnere ponuntur. Negligo. Sperno. Refuto Renuo Recuso Paruipendo.

Stragula cento thora. puluinum culcitra lodex
Est et puluinar/et fultra . pedibus addas
Cum ceruicali ceruici dante calorem

¶ Hic ponuntur diuersa nomina que ou[...] necta lecti sunt. ¶ Hec stragula/le. vel hoc stragulum/li. vestis est dis[...]ouque et toga dicitur. Et dicitur de sterno

sternis/straui/sternere. et dicitur sic. quia amictu vel in strato apta sit. ¶ Hic
Cento. cento/centonis. Et dicitur cantor: vel puluinar: vel velum de multis pannis. Uel cento est ille qui facit ipsum filtrum. Item cento dicitur fetor ex assuetudine libidinis veniens. Cento vt quidam dicunt est panniculus cum quo meretrix inguina virorum post coitum tergit. Uersus. Est cento cantor/filtrum/filtri quoqꝫ factor. Cento puluinar sit pannus/sic quoqꝫ velum. Est cento fetor/sit et hinc meretrix quoqꝫ centrix. ¶ Hec centrix centricis. id est meretrix. et dicitur de cento/centonis. vel de centum propter multitudinem. ¶ Hoc
Thoral Puluinum Culcitra thoral/thoralis. et hoc thorale/thoralis. est quicquid in lecto sternitur: et etiam longa mappa. Et dicitur de thorus/thori. ¶ Hoc puluinū/puluini. de puluis dicitur. ¶ Hec culcitra/culcitre. de calco/calcas. vel de culus/culi. et circa quasi circa culum. Hic lodex/lodicis. quicquid loco sternitur. a lauo/lauas dicitur. ¶ Hoc puluinar/puluinaris. quasi puluinar. de pluma/me. dicitur.
Filtrum. Tapes. ¶ Hoc filtrum/tri. proprie est sponda siue pes lecti. Inuenitur tamen pro lecto. Quandoqꝫ pro ornamento lecti. ¶ Hic tapes/tis. et hoc tapetum/ti. et tapetis/tis. in eodem sensu a sterno/sternis. et pes/is. eo ꝙ sternitur pedibus. ¶ Hoc ceruical/lis. de ceruix/cis. dicitur et caleo/es.

Lanula luna perichelides, torques et inaures
Pectoris est proprie spinter pariterqꝫ monile
Ornatus colli sit torques et auris inauris
Anulus est manuū sunt armille scapularum
Atqꝫ perichelides exornant brachia nymphe.

¶ Lunule sunt genus monilis: et proprie lunule sunt auree dependentes ad similitudinem lune facte: quibus mulieres ornare solent pectus suum (anglice a lyteyll mone/or a moche/or a baralyk amende. ¶ Murenula (anglice a
Murenula poldenheme/or a bawderyke). et fiebant in finibus vestimentorum contexte ex diuersis coloribus. ꝛc. ¶ Perychelides (anglice a bee/a bowed a thynges in theyre/a womans arme/or the porfell at the ende). Mutatoria (holy
Perichelides day clothynge. Olfactorium (a boxe with oyntement). Perichelides. dicuntur a peri quod est circum: et chiloum crurum: quasi circa cura.

Peplum. Flammea flammeolū cum vitta fascia peplum
Dextreolas addas armillas atqꝫ monile
Sertum crinale spinter vel fibula mitra.
Anulus et gemma lynib[illegible]s cyrotheca thyara
Istis pilliolum coniun[illegible]as atqꝫ galerum
De tricatura mulier[illegible]as est sua cura.

Uitta. ¶ Hic ponūtur ornamēta quibus mulieres vtūtur. hoc flammeū/flammei Unde hoc flammeolum/li. de he[illegible]mma dicitur. hec vitta/te. de vincio/cis i. ligare. ¶ Hec fascia/cie. quedā [illegible]gatura. vñ hec fasciola/le. diminutiuum

De fascio cis. ¶ Hoc peplum pli. primitiuū vel de pello is. vt quidā volunt qꝛ pellit frigus a capite. Omnia ista sunt ornamenta capitis. Peplum.

¶ Hec armilla le. de armus mi. id est brachium: ornamentum brachij. Et similiter hoc monile lis. a moneo nes. et hec dextriola le. a dextra tre. Et hoc sertum serti de sero seris. ¶ Hoc crinale lis. ornamentum circuiens crines. Spinter.

¶ Hec spinter indeclinabile vel spintris in gtō a spina ne. (anglice a pynne) vnde spinterculum li. diminutiuū. ¶ Hec fibula le (anglice a lasse/or a boton.) vnde fibulo as. Et est fibulare ligare vel vincere cū fibula: et est fibula quodam firmaculum. ¶ Hec mitra tre. de mitos quod est filum et traho is. quia cum diuersis filis contrahitur et contexitur. ¶ Hic anulus anuli de anus: ꝓpter rotunditatem. Fibula Anulus.

¶ Hec gemma me. a gummi dicitur propter claritatem. Unde i libro lapidū Gemmis a gummi nomen posuere priores. Gemma.

¶ Hic lymbus lymbi. est ornomentum circa extremitatem vestis: scilicet fasciola quedam. ¶ Hec cyrotheca ce. dicitur a cyros grece quod est manus latine et theca positio: quasi impositio manus. Lymbus.

¶ Hec tyara tyare. ornamentum est capitis. Unde Juuenalis. Et frigia vestitur bucca tyara. ¶ Hic pileus lei. Unde hic pilleolus li. diminutiuum de pilus li. dicitur. ¶ Hic galerus ri. a galeon quod est corium dicitur. Quia totꝰ de corio factus est galerus. ¶ Construe sic vltimum versum de tricatura sic incipe cōstructionem ibi. Mulieribus sua cura id est sua sollicitudo est de tricatura crinis. Tyara Pileus Galerus Constructio

Urceus vrceolus est vrna vel amphora testa
Olla vel ydria vas vini dic esse lagenam
Obba vel onoforum vel orca fidelia vas est
Ampullas phyalas his bullas associamus

Phyala

¶ Hic ponit autor diuersa nomina vasorum vel ollarum. Hic vrceus cei. Unde hic vrceolus vrceoli. diminutiuum de orce quod est capere vel recipere

¶ Hec vrna vrne de vrgeo ges: quia vrgeat collum scilicet quedam mensura quam quartarium quidam dicunt. Item vrna vas est proprie quod pro condendis defunctorum cineribus adherere solet. Unde hec vrnula vrnule diminutiuum. Urna

¶ Hec amphora dicitur ab am quod est circum et foros ferre: quia circunfertur per ansas. hec ansa est auris per quam fertur olla Amphora.

¶ Hec testa teste/de testus a/um. Et est testa quedam olla. Unde Oratius. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem. Testa diu ꝛc. Item Mathęꝰ vindocinensis. Consuetudo sapit naturam teste saporis. Quam noua concepit immemor esse negat. ¶ Hec olla le. de oleo oles dicitur: quia olet in liquore primo imposito ¶ Hec ydria e. est vas aquaticū: ab ydros quod est aqua dicitur. ¶ Hec lagena ne. de latus a/um. et hec gena: quia latam habet genā: et est vas vini. Unde Uirgilius. Prima [illegible] dice francigena sacco portat auena: Aut bacchi vena ciato cratere lagena [illegible] lagena est quedam mensura vini/ vel alterius (anglice a galon) ¶ Hec ob[illegible] be. quoddā vas habens nomē a sono quam facit quando funditur de eo a[illegible] liquor. ¶ Hoc onoforum ri. ab onos quod est asinus et foros ferre quia solebant portare illa vasa. Et vocat (anglice a costrill) ¶ Hec orca ce. de orcos quod est capere. ¶ Hec fidelia lie. vas a fidelis: quia fideliter seruat liquorem impositum. Unde Persius. Disce nec inuideas qꝫ multa fidelia putet. In lo[illegible] plere penu. Testa. Olla ydria Lagena Obba. Onoforum. Fidelia.

Ampulla
Phiala

¶ Hec ampula le. dicitur de am quod est circum et pulla inflatio: vel ab am. & pello lis. quia circumpellitur in ventrem. ¶ Hec phiala le. ab alan quod est vitrum: quia vas vitreum est. Hec bulla le/ dicitur: quia inflata est sicut bulla que est tumor laticis: id est aque.

Sumen et aruina sagimen pinguedo sagina
Abdomen vel adeps predictis adde popisma

Pinguedo

¶ Ista noia sunt eiusdem significationis cum hoc noie hec pinguedo inis: id est sagimen nis. a facio as. & plerique producunt mediam syllabam. Unde quidam. Egredior limen currum paro posco sagimen. Detulit ancilla coitum peto noluit illa. Et de sagimen dicitur saginosus a/um: et hec saginositas tis. ¶ Hoc sumen nis. de sus suis dicitur. hec aruina ne. de aruum. ¶ Hec pinguedo nis. de hic et hec pinguis et hoc pingue: hec sagina ne. ¶ Hoc adomen inis. de abditus/ a/um. Et hoc omentum ti. quoddam intestinum: & est pinguedo que est in intestinis porci: et maxime porci siluestris et feri. Omentum dicitur ab omen: et est mappa ventris: vel illa membrana que continet maiorem partem intestinorum. ¶ Hic adeps adipis. componitur de ad et hoc epulum li. quia pinguedo solet addi epulis. Unde adipiscilus li. paruus adeps: vel adipatus a/um. adipe conditus Et hoc adipatum ti. quodlibet edulium adipe impingnatum. Hoc popisma tis. dicitur a popos grece quod est pinguedo latine.

Omentum

Popisma.

Fornix prostibulum genethea crepido lupanar
Predictis tegetem coniungas atque proseucam

Fornix

¶ Ista nomine idem significant: scz domum meretricum. ¶ Hic fornix cis. penultima genitiui correpta dicitur de fornix quod est arcus lapideus: quia in huiusmodi fornicibus meretrices solebant meretricari. Unde fornicor aris id est meretricari. ¶ Hoc prostibulum li. de prosto as dicitur.
¶ Hoc genetheum thei. dicitur de genetha quod est mulier et thesis positio. Et est genetheum locus vbi mulieres imponuntur ad fornicandum.
¶ Hec crepido nis. proprie est riparum vel arbuti saxi vel rupis vel extremitas altitudo vel summitas. Ponitur quandoque tamen pro cauerna vbi vie conueniunt in qua pauperes solebant latitare et mendicare: et etiam meretrices fornicari cum pertranseuntibus viam. Et dicitur de crepo as/ pui/ pare. pro sonare. quia ibi frequens sonitus est ventorum et aquarum. ¶ Hoc lupanar aris. de hec lupa lupe: quod idem est quod meretrix dicitur. ¶ Hec teges tis. de tego gis dicitur. Et est proprie parua domus que et tugurium dicitur scz casula quam sibi faciunt custodes vinearum: vel pastores ad sui tegimen. Et in huiusmodi tegete solent meretrices meretricari. Et ideo ponitur pro lupanari. ¶ Hec proseuca ce. dicitur a proth quod est procul et eu quod est bonum quasi procul a bono.

Prostibulum
Genetheum
Crepido.

Lupanar.
Teges

Sarcina

Sarcina sarcinula por[illegible] as clitellaque fascis
Fasciculus belonus g[illegible]bus & moles et aceruus

¶ Ista nomina vnum significant: hec sarcina ne. proprie onus vel pondus quod ex carne fit. Caro enim pondus [illegible] hinc quodlibet pondus sarcina dicitur. vel a sarcinandis rebus insimul. [illegible] hec sarcinula le. & hec sarcinella le. ambo

diminutiuus. Et sarcino/as/aui/are. qd cōponitur desarcino/nas.i. deonero/ras. Exarcino/nas. idē. Insarcino/as.i. intus: vel valde sarcinare. Et est actiuum cum suis compositis sarcino. ¶ hoc pondus/eris. a pondeo/es. dicitur ¶ hec clitella/le. est tantum pondus q̄tum asinus portare potest. Et secundum quosdā dr de cleo/es. quod est gloriari: quia gloriosum est portare vł ducere huiusmodi onera. ¶ hic fascis/cis.i. onus. Unde hic fasciculus/li. diminutiuum: et dicitur de facio/cis. ¶ hoc onus/ris. Unde hoc onusculum/li. Et onustus/ꝛ onero/ras. et scribitur sine aspiratione. ¶ hic globus/bi. proprie quodlibet solidum ꝛ rotundum: et ponitur pro admiratione aliarum rerum. ¶ hic aceruus/aceruí. ab acer dicitur. Et est aceruus cumulus terre. Pondus Clitella.

Panes artocopi pastille liba placente:
Jungitur artocrea simul artocasius illi
Et quia materia fruitur vice materiati
Additur his simula pariter simulago subigo Panis

¶ Autor ponit hic diuersa nomina panum. Et dicitur panis a pan. quod est totum: quia cum omni cibo sumitur. ¶ Artocopus componitur ab artos panis: et copos labor.i. panis cum magno labore compositus. hic pastillus/li diminutiuum: siue potius deriuatiuum de hec pasta/paste. ¶ hoc libum/bi. de libo/as. id est sacrificare. ¶ hec placenta/te. de placeo/es. quia placet gustui ¶ hec artocrea/tocree. dicitur de artos panis: et creos caro. id est panis cum carnibus confectus (anglice a pye). ¶ hic artocasius/sij. de artos et caseus. (anglice a flawne) Et quia materia ponitur sepe pro materiato: vt aurum ponitur pro anulo qui est ex auro: ideo hec simula/le. potest dici panis qui fit ex simula. Et simula est flos tenuissimus farine: et etiam simulago. Et siligo dicitur genus frugis. Et ponitur pro pane qui fit inde. Et dicitur simula: et simulago de simul aduerbio. Theologus simulam florem fert esse farine. Itē panis factus ex siligine dicitur siligo. ¶ hec siligo/inis. est quoddam genus tritici sic electum ab alio. Nam in pane species eius est precipua. Unde quando q̄ tenuissimus et purissimus flos farine dicitur: vt sit panis nobilissimus. Unde Juuenalis. Sed tener et niueus mollicꝫ siligine factus. Et dicitur siligo a seligo/gis. secundum Catholicon. Artocopus. Libum Placenta Artocrea Artocasius Siligo

Pallia palliola clamis est cum ciclade palla
Ast abiles manibus mantellos iungimus illis:
Dant pelles pallis matrix beuer et cyrogrillus.
Id quoqꝫ cuniculus dant asinus ꝛ lacerones
Sed vestes que sunt de [illegible] lis pellibus he sunt
Pellicium ceno quibus e[illegible] gomade sociantur Pallium

¶ In primo ponit autor ea noīa q̄ conueniūt in [illegible] tione cū pellibus cū quibus pallia dn̄t foderari. Et vltimo ponit illaꝝ vestiū noīa: que tm̄mō sunt de pellibus. Primo dicit q̄ ista noīa ꝯueniunt in [illegible] ificatione. ¶ hoc pallium/lij dr de hec palla/le. qd dr palliū mulieris. Uel dr palliū de pellibus vn̄ fiebant.

prius. Sed modo pallium dicitur quoddam genus pāni ex serico. Unde hoc
palliolum/li. diminutiuum. Et pallio/as/are. pallio tegere/vel occultare/vel
induere/vel ornare. Repallio/as. Suppallio/as. id est sub pallio latitare vel
Clamis latenter occultare. et est actiuum cum suis compositis. ¶ Hic clamis/dis. idē
est quod pallium. Hec ciclas/dis. a cilon quod est rotundum. Hec palla/le. a
palim dicitur. Hic mantellus/li. dicitur de manus: et telon quod est longum/
Beuer quasi ad manus tela: vel longus. ¶ Hec matrix/cis. est animal cuius pellis cō
uueniens est mantellis. Hic beuer/ri. et hic cyrogrillus/li. qui secundum istum
autorem vt apparet vocatur. (anglice a squyrell) secundū alios puta Ysido.
Papiā & Hugui. est herinacius scȝ animal spinosum manus herinacio. Hic cu
nicucus/li. de hec cuna/ne. dr. Hic asinus/ni. est animal cuius pellis apta est
Asinus vestibus. Unde Bernardus. Siluester asinus obrepat. Hic lacero/nis. aliud
Lacero animal seruiens ad hoc. Hoc pellicium. de pellis dicitur. (anglice a pylche.)
Reno ¶ Hec reno/renonis. vestis quidam de pellibus qua vtuntur longobardi.
Endromada ¶ Hec endromada/de. vel endromis/midis. spissis vestis de pellibus arieti-
nis. ab endros grece: quod est aries latine.

Paruulus & pusio puer infans atqȝ pusillis
Inde pusillanimes animi ratione pusilli

Paruulus ¶ Ista nomina conueniunt in significatione. Hic paruulus/li. diminutiuum
Pusio de paruus. Et potest declinari paruulus/la/lum. ¶ Hic pusio/nis. de pupus
Puer a/um. id est paruus/ua/uum. et est pusio paruus infans vel puer. Unde Ju-
uenalis. Nōne putas alius tecum ꝯiuis pusio dormit. ¶ Hic puer pueri. a pu
nio/nis. dicitur: quia debet puniri sepe ne delinquat. Hic et hec infans/tis. ab
Pusillus in: et fans componitur: quasi non fans. id est non loquens. ¶ Hic pusillus/li.
Et potest declinari pusillus/a/um. a pusio dicitur diminutiuum. Et componi
tur cum hic animus/mi. Et dicitur hic pusillanimus/ma/mum. Uel hic & hec
pusillanimis et hoc me. id est pusillum habens animum.

Ponthus Letofagus syrtes acroceramina syrtis
Syrenes estusqȝ ceramina scylla carybdis
Fluminis est vortex ponthi dic esse carybdim

Letofagus ¶ Autor docet hic que sunt pericula maris. Dicēs q̄ sunt ista. Hic letofagus
fagi. Et lothos dr de lethe. Et est quedam arbor cuius succus gustatus ꝯfert
obliuionē. Et ꝯponit lothos cū fagin: qđ est comedere: et dr letofagus/fagi:
id est fructus illius arboris qui valet ad irritandū amorē. Sed hic videt po-
ni pro quodā periculo maris. Un̄ Ouid. de remed. amoris. Illic letofagus il
Syrtes lo syrenis in antro. Esse putes remis adijce vela tuis. ¶ Syrtes est ꝓpriū no
Acroceramina mē cuiusdā mulieris mutate ꝑm fabulas in monstrū marinū. ¶ Hec acroce-
ramina/orū. dr illud idē qđ montes [illegible] est periculum in mari. Et dr
de acros qđ est mons: et hec ceram[illegible]/orū. dr illud idem quod sunt saxa pre-
minentia in mari ad instar cornu[illegible] Et ceramina/ceraminorūȝ de seros qđ
Syrtis est cornu: et amnis/ni. Unde cera[illegible] quasi cornuta amnes. ¶ Hec syrtis/
tis. de syren quod est tractus dicitur. et sunt syrtes loca periculosa in mari.
Syrena ¶ Hec syrena/syrene. Et hic syren syrenis dicitur de syron quod est tractus:
quia dulcedine sui cantus nautas ad se trahit/ et facit eos submergi. Et est
Notabile monstrum marinum hec syrena [illegible]rene. et syren/syrinis. in specie mulieris.
¶ Finguntur tres fuisse syrenes ex parte virgines/ ex parte volucres: ex par

te pisces. Quarum vna voce/altera tibijs / tercia lyra cantabat: que illectos nauigantes sub cantu in naufragia trahebant. ¶ Papias putabat syrenes esse demones vel dracones. Esaye. iij. Et syrenes in delubris voluptatis. Sed secundum veritatem meretrices fuerūt. hic estus tus/tui: dicitur de vro vris et est tempestas in mari. ¶ hec scilla le. fuit filia Phorci regis (secundum fabulas) que est mutata in illud monstrum marinum. Scilla

¶ Caribdis dis. est illud periculum in mari. De quibus sic scribitur. Caribdis

Accipit et nunq̄ reddit mare scilla receptum.

Euomit acceptas dyra caribdis aquas.

¶ Differunt vortex et caribdis. Uortex est vorago in flumine et carenti aqua Caribdis est vorago ponthi. id est maris. Uortex.

Pellis/pellicula/cutis/atq̄ʒ cuticula/pellis **Pellis.**
Est cum carne caret/carni cutis associatur
Est caro cum corie tergum/sunt tergora pelles

¶ Autor dicit q̄ ista nomina in generali conueniunt in vna significatione in speciali differunt. hec pellis lis. dicitur de pello lis. vnde hec pellicula le diminutiuum. ¶ hec cutis tis. Unde hec cuticula le. dicitur cote quod est incisio: sʒ in hoc differunt. quia pellis est quando est extructa a carne. Sed cutis est ꝓprie quando est cum carne. Et est eadem differentia inter tergum gi. et hoc tergus oris. Tergum dicitur esse caro cum corio: sed tergus dicitur esse pellis cum corio sine carne. Cutis Tergum. Tergus

Libra bilanx trutina pensum pondusq̄ʒ statera. **Pondus.**
Lanx/simul examen/erit equilibris in istis
Appensum staterem/trutinam dic esse stateram
Est examen apis/examen lingua bilancis

¶ hic ponit autor nomina ponderum: hec libra bre. a liber a/um dicitur: perficitur duodecim vncijs et habetur perfecti ponderis: quis constat tot vncijs quot mensibus annis. Et componitur cum equus a/um. et dicitur equilibris bris. Uel sic. hic et hec equilibris et hoc equilibre. id est equalis libra. ¶ hec bilanx lancis. id est libra statera: quia binas habet lances: et componitur de bis et lanx lancis. et dicitur lanx de latus a/um. Et lances proprie sunt scutelle pendentes de libra. Et hic lanx lancis ponitur pro libra. Libra. Bilanx Lanx

¶ hoc pensum si. secundum q̄ hic accipitur est pondus: habet tamen plures significationes. Est enim deliberatio/cogitatio/concilium: quia cum aliquid deliberamus: pensamus: et impen[illegible] id est in dubio sumus. Et hoc pensū dicitur mulieris lana vel linum ad o[illegible] datum vel filatura. Et dicitur a pendeo es: vel est pondus: quia pondus [illegible] mensuram dabatur. hinc penso as id est cogitare/deliberare vel ponder[illegible] trutinare/equitare. Et secundum hanc significationem potest esse de pon[illegible]es. Pensum.

¶ hoc pondus ris/dicitur de pōdeo es. et est [illegible]s vel grauitas vel quod trutinatur vel mensuratur. Pondus

¶ hic stater ris. a sto stas et est quoddam pondus scʒ medietas vncie. ¶ hec statera re est pondus dragmas habens q̄[illegible]tuor que sūt scrupuli duodecim Stater Statera.

¶ Et est statera trutine scʒ partica in libra ex transuerso posita sic dicta: qr ex duabus lancibus et vno medio stilo pẽdeat ⁊ stet. Et sic patet differentia iter staterã ⁊ staterem. Et statera sepe dicitur totum illud instrumentum. ¶ Hoc examen inis. secundũ hugui. est filum medium quo trutina in statera regitur et lances equantur. vnde lancis amentum dicitur. vel examen dicitur lingua que in foramine trutine vertitur huc et illuc secundũ quod consideratur equalitas ponderatorum. Unde examen dicitur iudicium/probatio/discretio/inqsitio. Unde examino as. i. probare equaliter iudicare/discutere/diligenter inquirere/inuestigare. Item examen est collectio apum. ¶ Hec trutina ne. i. statera scʒ lingua libre: qr semp trudit foras. Uel trutina est illa partica per trãsuersum posita. vnde trutinella le/diminutiuũ. Et trutino as. i. librare.

Examen

Trutina.

Priscus

Priscus et antiquus annosus et inueteratus
Decrepitus vetulus vetus emeritusqʒ senilis
Longeuus sit in his sit pristinus atqʒ vetustus

Senex
Inueteartus.
Decrepitus
Uetulus
Emeritus.

¶ Ista noĩa sunt eiusdẽ significationis. Priscus a/um: de primã dicitur. Antiquus a/um. de ante dr. Annosus a/um. i. plenus annis. Senex de annus dr et senex de sensus dr: qr in senibus solet esse sensus cũ in antiquis est sapiẽtia et in multo tpe prudentia. ¶ Inueteratus a/um. de in et veteratus a/um cõponitur. ¶ Hic decrepitus ti. i. valde senex. de de et crepo is. Et dr decrepitus a/um. quasi deorsũ crepare: qr desierit crepare. i. sonare. ¶ Uetulus a/um. di diminutiuũ a vetus. ¶ Hic hec hoc vetus ris. i. senex de veto as/aui/are. i. phibere iuuenes a delictis. ¶ Hic emeritus ti. i. senex: vel emerit⁹ a/um. i. extra meritũ positus qui non põt iam mereri nec exercere officiũ: imo liberatus ⁊ solutus a labore officij sui sicut miles olim post. lx. annũ non cogebat militare: sed saluabat a labore solito et dabat ei ager vel villa vel aliud vnde viueret: et tunc erat emeritus quasi extra meritum positus. quia nichil postea labore solito merebatur. Unde hec emeritio onis. talis proprietas et talis liberatio. ¶ Hic et hec senilis et hoc le. de senex dicitur: ¶ Longeuus a/um. de longus et hoc euum eui dicitur. quasi longum habens euũ. ¶ Pristinus a/um. de pridem sicut priscus. Uetustus a/um. de vetus veteris.

Longeuus
Pristinus

Piger.

Segnis: inersqʒ reses piger ignar⁹ quoqʒ deses
Torpidus ⁊ tepidus torpens cessansqʒ remissus
Igne animi vacuus ignauus dicitur esse
Desuescit deses sed iners dormitat in arte
Igne sine est segnis: vel [illegible] desidendo
Dictos sed pigros [illegible] quasi dicimus egros

¶ Ista noĩa sũt eiusdẽ significatio[illegible] cũ hoc noĩe piger a/um. qd dr de pigeo ges verbo psonali qd antiq̃ dicebãt: sꝫ nos tenemus hoc verbũ impersonaliter vt piget pigebat. Et dr piger quasi pedibus eger. ethimologia est et nõ cõpositio. Et est piger tardus ad [illegible]endũ. i. transeundũ: sed transfert ad alia vt est ad animã vel ad animũ [illegible] hic et hec s[illegible] ⁊ hoc gne. cõponitur de se

Segnis

quod est sine et ignis. Unde segnis quasi sine igne animi.i.calore animi ❡ Hic hec hoc iners tis. de in et ars tis cōponitur. ❡ Hic et hec reses sidis. de resideo es dicitur. Ignarus a/um.i.inefficax/tardus/piger/stultus: de in componitur et gnarus a/um.i.doctus/sapiens/studiosus vigilās. ❡ Hic et hec deses dis. de desideo es. Torpidus a/um. de torpeo es. Tepidus a/um. de tepeo es. Hic et hec et hoc torpens tis. de torpeo es. hic hec hoc cassans tis. de casso as: ❡ Remissus a/um. de remittor arum. ❡ Ignauus quasi igne animi vacuus: ethimologia est non compositio. ❡ Deses secundum autorem dicitur de cōsuesco cis. quia de ses consuescit. id est non frequentat in bono. Iners dicitur ille qui dormitat sine dormit in arte. id est opere suo. Segnis quasi sine igne animi. Reses Deses Remissus.

Rores/vel pluuie/nymbi dicuntur et ymbres
Rosida de rore fiunt sed hibernus ab ymbre. Pluuia

